119. Participia passiva interdum deserviunt pro Verbalibus in *bilis*, ut מְהֻלָּל laudabilis, נִפְלָא mirabilis.



CAPUT VI.

DE PARTICULIS PRONOMINIBUS.

Consideranda Pronomina separata, Affixa Nominum & Verborum.

120. Pronomina separata sunt:

I. PERSONALIA.

Pluralis.		Singularis.	
נַחְנוּ אֲנַחְנוּ אֲנוּ	Nos	אָנֹכִי אָנִי אֲנִי	Ego
אַתֶּם	Vos m.	אַתָּה *vel* אַתָּ	Tu m.
אַתֵּנָה v אַתֵּן	Vos f.	אַתְּ אַתִּי	Tu f.
הֵמָּה הֵם	Illi	הוּא	Ille
הֵנָּה הֵן	Illæ.	הִוא הִיא	Illa

II. DE-

II. DEMONSTRATIVA:

Singularis.

	הַלָּזֶה	לָזֶה	זֶה	hic, ille.
הַלֵּזוּ	זֹאת	זוֹ	זֹה	hæc, illa.
		הַלָּז	זוּ	hic, hæc com.

Pluralis.

אֵלֶּה	הָאֵל	אֵל	illi, illæ, com.

III. RELATIVA:

אֲשֶׁר Qui, quæ, quod, indeclin.

IV. INTERROGATIVA:

מִי Quis? quæ? de solo homine quærit, מַן מֶה מַה מָה quid? quidnam? de quacunque re. Suntque omnis generis & numeri.

Hæ particulæ sæpe more nominum articulos admittunt, maxime Pronomina Personalia. Vide Schema:

121. Singularis.

Abl.	Acc.	Dat.	Gen.	Nom.	
a me,	me,	mihi,	mei,	Ego.	
מִמֶּנִּי	אוֹתִי	לִי	שֶׁלִּי	אֲנִי	Ego &c.
מִמְּךָ	אוֹתְךָ	לְךָ	שֶׁלְּךָ	אַתָּה	tu. m.
מִמֵּךְ	אוֹתָךְ	לָךְ	שֶׁלָּךְ	אַתְּ	tu. f.
מִמֶּנּוּ	אוֹתוֹ	לוֹ	שֶׁלּוֹ	הוּא	ille.
מִמֶּנָּה	אוֹתָהּ	לָהּ	שֶׁלָּהּ	הִיא	illa.

Plur.

PLURALIS.

Abl.	Acc.	Dat.	Gen.	Nom.
a nobis,	nos,	nobis,	noſtrum,	
מִמֶּנּוּ	אוֹתָנוּ	לָנוּ	שֶׁלָּנוּ	אֲנוּ nos.
מִמְּכֶם	אֶתְכֶם	לָכֶם	שֶׁלָּכֶם	אַתֶּם vos m.
מִמְּכֶן	אֶתְכֶן	לָכֶן	שֶׁלָּכֶן	אַתֶּן vos f.
מֵהֶם	אוֹתָם	לָהֶם	שֶׁלָּהֶם	הֵם illi.
מֵהֶן	אוֹתָן	לָהֶן	שֶׁלָּהֶן	הֵן illæ.

122. Affixa Nominum ſunt ſequentia; τῷ שִׁיר ſimul appoſita:

Singularis.

Mei c.	ִי	שִׁירִי		meum c.
Tui m.	ְךָ	שִׁירְךָ		tuum m.
Tui f.	ֵךְ	שִׁירֵךְ	Canticum.	tuum f. &c.
Illius m.	וֹ	שִׁירוֹ		illius m.
Illius f.	ָהּ	שִׁירָהּ		illius f.
Noſtr. c.	ֵנוּ	שִׁירֵנוּ		noſtrum c.
Veſtr. m.	ְכֶם	שִׁירְכֶם		veſtrum m.
Veſtr. f.	ְכֶן	שִׁירְכֶן	Canticum.	veſtrum f.
Illor. m.	ָם	שִׁירָם		illorum m.
Illarum f.	ָן	שִׁירָן		illarum f.

Pluralia & dualia, maſculina dempta terminatione (ִם & ַיִם).

Fœminina vero adſumpto adhuc (ֵי), admittunt Suffixa ſua, ut Schema exhibet.

	שִׁרִים	Cantica.
ַי	שִׁירַי	Cantica mea. c.
ֶיךָ	שִׁירֶיךָ	Cantica tua. m.
ַיִךְ	שִׁירַיִךְ	Cantica tua. f.
ָיו	שִׁירָיו	Cantica illius. m.
ֶיהָ	שִׁירֶיהָ	Cantica illius. f.
ֵינוּ	שִׁירֵינוּ	Cantica noſtra. c.
ֵיכֶם	שִׁירֵיכֶם	Cantica veſtra. m.
ֵיכֶן	שִׁירֵיכֶן	Cantica veſtra. f.
ֵיהֶם	שִׁירֵיהֶם	Cantica illorum. m.
ֵיהֶן	שִׁירֵיהֶן	Cantica illarum. f.

Ita & fœminina admittunt ſua Suffixa ut תּוֹרָה lex Eg. Plur: תּוֹרֹתַי leges meæ: תּוֹרֹתֶיךָ leges tuæ &c. Excip. Affixa ָם & ָן; Hæc enim ſine י affiguntur, ut מַלְכּוֹתָם Reginæ eorum.

Equidem Affixa per To meum, tuum, noſtrum, veſtrum &c. expoſita vides; Proprie autem Genitivum Poſſeſſoris ſcilicet Mei, Tui, &c. more Græcorum ſignificant: Quare etiam variantur ob diverſum genus perſonæ poſſidentis; non ob diverſum genus nominis, cui affiguntur.

123. Nomina Singularia terminata in ֶה abjecto ה, admittunt ſuffixa. Ut שָׂדֶה ager, שָׂדִי ager meus.

Si

Terminata in ה ָ mutant ה in ת, ut מַלְכָּה Regina, מַלְכָּתִי Regina mea, פֶּחָה Dux, פֶּחָתְךָ Dux tuus.

124. Specialia sunt אָב Pater, אָח Frater, חָם Socer, אָבִיו Pater ejus, אָבִיךָ Pater tuus &c.

125. *Affixa Verborum.*

Affixa Præterit.			Futurum.	
Visitavit.		פָּקַד	Visitabit.	יִפְקוֹד
me	־ַנִי	פְּקָדַנִי	־ֵנִי	יִפְקְדֵנִי
te m.	־ְךָ	פְּקָדְךָ	־ְךָ	יִפְקָדְךָ
te f.	־ֵךְ	פְּקָדֵךְ	־ֵךְ	יִפְקְדֵךְ
eum	־וֹ ־ָהוּ	פְּקָדוֹ	דֵהוּ דֶנּוּ ו ־ֵהוּ ־ֶנּוּ	יִפְקְדוֹ
eam	־ָהּ	פְּקָדָהּ	דֶהָ דֶנָּה ־ָהּ ־ֶנָּה ־ֶהָ	יִפְקְדָהּ
nos	־ָנוּ	פְּקָדָנוּ	־ֵנוּ	יִפְקְדֵנוּ
vos m.	־ְכֶם	פְּקַדְכֶם	־ְכֶם	יִפְקָדְכֶם
vos f.	־ְכֶן	פְּקַדְכֶן	־ְכֶן	יִפְקָדְכֶן
eos	־ָם ־ֵמוֹ	פְּקָדָם	־ֵם ־ֵמוֹ	יִפְקְדֵם דֵמוֹ
eas	־ָן	פְּקָדָן	־ֵן	יִפְקְדֵן

Imp. & Inf.

פְּקוֹד
פִּקְדִי
פָּקְדֵנִי
&c. פָּקְדְךָ

In reliquis fere sicut Futurum.

Part. Ben.

פֹּקֵד פֹּקְדִי Visitans me. In cæteris imitantur Participia affixionem nominum. Ita tamen ut in iis (ceu Verbis) personalia sint, quæ in nominibus possessiva.

126. Aliæ Personæ cujuscunque temporis Affixa sua eodem plane modo recipiunt, nisi habeant augmenta consequentia, quæ prius mutanda sunt juxta sequens Schema.

PRÆTERITUM.

Plur.				Sing.			
2. m.	תֶּם		תוּתֶ	3. f.	־ָה		תַ
2. f.	תֶּן	פ		2. m.	תָּ	פ	תָ
Fut.	נָה		וּ *vel* ֻ	2. f.	תְּ		תִי

Terminata in (י vel וּ) exclusis punctis, quæ in Schemate n. 125. Affixa præcedunt, immediate ea recipiunt.

PRO MAJORI DILUCIDATIONE DESERVIENT SEQUENTIA:

127. Solæ tres conjugationes Kal, Piel & Hiphil recipiunt Affixa; nunquam Hithpael, raro Conjugationes Passivæ, idque in Infinitivo, Ut בְּהִבָּרְאָם *in creari eos.*

128. In Piel (ֵ) ad omnia Suffixa mutatur in (ְ) in Hiphil nihil mutatur. Excipe Imperfecta in quibus (ָ vel ֵ) sub augmento anteced. mutatur in (ְ). Quantum ad mutationem vocalium in Kal. vide Schem. n. 125.


129. Adde: Prima litera radicalis, per omnes personas Præteriti Kal habet (ְ), si sub secunda radicali fuerit (ְ), mutatur in (ָ).

Si

Si fuerit ( ), manet. Excipe tamen 3. Præt. Kal. Vid. n. 125.

130. Infinitivus Kal, ante כֶם , כֶן , דִי . Solam terminationem ו, ficut futurum, mutat in ( ) Kametz-chat.

Reliqua, si quæ fuerint, usus dabit.



CAPUT VII.

DE ADVERBIIS.

Hebræi tot ferme habent Adverbia, quot Latini. *Igitur consideranda sunt Adverbia affirmandi, negandi, dubitandi, demonstrandi &c. Præpositiones, Conjunctiones, Interjectiones.*

131. *Adverbia affirmandi:* כֵּן ita, אָמְנָה , אָמֵן , אֲבָל , בְּכֵן , אָמְנָם vere.

Negandi: אֵין , לֹא &c. non. Vid. Syntaxin.

Dubitandi: אוּלַי forte. פֶּן ne forte: sæpe simpliciter negat.

Demonstrandi: הִנֵּה הֵן הֵא ecce.

Optandi: אַחֲלֵי , לוּא , לוּ utinam!

Hortandi obsecrandi: נָא , אָנָּא , בִּי , quæso, age, eja.

Ordinis: רִאשֹׁנָה לָרִאשֹׁנָה primo שֵׁנִית secundo, שְׁלִישִׁית tertio &c. Usurpatur hic fœmininum.

Similitudinis: כְּמוֹ, כַּאֲשֶׁר sicut, כֹּה, כָּכָה, כֵּן, sic hinc, מָתַי quando עַתָּה nunc, אָז tunc, עוֹד adhuc, רַק tantum אַךְ tantummodo, saltem רַק אַךְ duntaxat &c.

Quantitatis: רַב הַרְבֵּה multum, מְעַט parum, זְעֵר modicum, pauxillum.

Qualitatis: טוֹב bene, רַע male, רָשָׁע impie &c.

Intensionis: מְאֹד valde, מְאֹד מְאֹד vel בִּמְאֹד מְאֹד maxime, vehementissime.

Remissionis: מְעַט מְעַט paulatim, לְאַט, מִזְעָר lente, sensim, pedetentim.

Gentis: יְוָנִית Græce, עִבְרִית Hebraice, יְהוּדִית Judaice.

Interrogandi: הֲלֹא, הֲכִי nonne? nunquid? מַדּוּעַ לָמָּה cur? quare? אֵי, אַיֵּה, אֵיפֹה, ubi לְאָן אָנָה אָן quo? quorsum? מֵאַיִן unde? מָתַי quando? עַד־מָתַי, עַד־אָנָה quamdiu? usquequo? כַּמָּה quot? quoties? quantum? אֵיךְ, אֵיכָה, אֵיכָכָה quomodo?

132. *Præpositiones separatæ:* אֶל ad, עַל super, מִן ex, עִם cum, נֶגֶד coram, אַחַר post, עֵבֶר cis & trans, חוּץ extra סָבִיב circum, אֵצֶל apud, תַּחַת sub

sub בֵּין inter זוּלָתִי, אֶפֶס, בִּלְתִּי præter, בִּגְלַל, בַּעֲבוּר, לְמַעַן, בִּפְנִים propter, בְּעַד pro, per, propter, לְפִי & כְּפִי juxta &c.

133. *Conjunctiones*: וְ &, אִם si, כִּי אִם sed, גַּם etiam, אֲשֶׁר quia, quod, cum, עֵקֶב quia, יַעַן propterea, quod, לָכֵן igitur, אוֹ aut, sive, לוּ si, לוּלֵא nisi, כִּי sed, nam, quoniam, quod &c. אַף כִּי quanto magis *vel* minus אַף quoque בְּשַׁגַּם eo quod, etiam. עַל־כֵּן ideo.

134. *Interjectiones*: sunt particulæ, quæ affectum, motumque animi designant; ut אוֹי, הוֹי, אֲבוֹי, Heu, eheu. אָח ah, הֶאָח אַלְלַי Væ mihi!

Caput VIII.

DE PRÆPOSITIONIBUS INSEPARABILIBUS SIVE DE PRÆFIXIS.

Consideranda sunt hæc septem Præfixa, Technico illo contenta מֹשֶׁה וְכָלֵב.

135. מִ significat *à*, *de*, *ex*, *propter*, si præfigatur Nomini, format Ablativum, ut מִדַּבֵּר à Verbo.

136. שֶׁ ordinarie habet ֶ, repræsentat primogenium suum אֲשֶׁר, & significat qui quæ quod. Ut מִטָּתוֹ שֶׁלִּשְׁלֹמֹה Lectus ejus, qui Salomoni pro אֲשֶׁר לִשְׁלֹמֹה.

137. הַ Primo est demonstrativum hic hæc hoc. 2º Est Articulus Vocativi, ut הַשָּׁמַיִם o cœli, imo communis omnibus casibus. Ast solis Appellativis præponitur. 3º Est Interrogativum ut הֲזֶה Num iste?

In 2. prioribus casibus habet (ַ), sequente Dagesch f., licet non semper; si autem sequens litera non admittat Dagesch, modo habet ָ, ut הָעָם populus, modo ֶ. ut הֶהָרִים montes, modo etiam retinet Patach ut הַהֵיכָל templum, quod etiam ante Schevatas literas servat, ut הַיְאוֹר flumen.

Quando est Adverbium Interrogandi aut admirandi habet quidem ordinarie (ֲ) sed ante Schevatam literam plerumque habet solum (ַ) sine sequente Dagesch f., ut הַבְרָכָה אַחַת anne una benedictio? &c. Item ante gutturalem, ut הַאִישׁ vel etiam ֶ ut הֶהָיְתָה זֹּאת anne factum est hoc?

138. ה à literis וכלב subinde excluditur, manente Dagesch, & literæ וכלב accipiunt Vocalem exclusi ה, ut בַּבַּיִת in domo loco בְּהַבַּיִת, כָּאוֹר sicut lux loco כְּהָאוֹר.

139. Præfixa משה subsequenti consonæ ordinariæ imprimunt Dagesch f. Si autem post מ sequitur (יְּ) Jodh Dageschatum cum Scheva, Dagesch cum Scheva excidit; ut מִיהוּדָה pro מִיְּהוּדָה. Singularia sunt, מֵיהוָה מֵיְהוָה מִיהוָה & מֵיהוָה.

140.

140. וְ Et, enim, autem, ut &c. Sæpe eſt converſivum, i. e. Præfixum Præterito, dat illi Significationem Futuri, & וַ præfixum Futuro, dat ei Significationem Præteriti, ut וַיִּפְקֹד & viſitavit, pro & viſitabit. τo וַ ſubſequenti conſonæ imprimit Dageſch f. ut וַיִּפְקֹד.

Fit וּ breve ante literas בומף, & Schevatas, ut וּמוֹשָׁב pro וְמוֹשָׁב; fit וָ ante Monoſyllaba & penacuta, ut וָסוּס & equus, וָמֶלַח & ſal.

141. כְּ Sicut, circiter, quaſi, juxta, ſecundum, inſtar &c. לְ ad, apud, cum, inſtar, pro, propter ſuper &c. בְּ in, cum, pro, erga, propter, contra.

142. Hæc 4 literæ בכלם, præfixæ Infinitivis, formant Gerundia, ſcil. ב & מ *in do*, ut מֵבוֹא â veniendo, בְּשׁוּב in revertendo, 2º ל in *dum & di* ut לִשְׁמוֹעַ ad audiendum vel audiendi כ præfixum Infinitivo, dat ipſi Significationem Præteriti.

143. Ante Monoſyllaba, Polyſyllaba penacuta, Pronomina tam ſeparata, quam inſeparabilia &c. Præfixa כלב accipiunt ָ ut לָמוּת ad moriendum, בָּכֶם in vobis, כָּמוֹךָ ſicut tu &c. De his plura vide in Syntaxi.

Huc refer literas Epenthicas & Paragogicas.

144. *Epenthicæ* ſunt 4., Technico אֱוִין comprehenſæ, & medio vocis ornatus cauſa inſeruntur.

145. *Paragogicæ* fini vocis apponuntur; ſuntque hæc 5. אהוין; Hæ literæ ſolius Euphoniæ cauſa adduntur:

EPENTHICÆ.

א	כָּאֲרוּ	Pro	כָּרוּ	foderunt.
ו	מַדְוֵיהֶם		מַדֵּיהֶם	veſtes eorum.
י	לִדְרִיוֹשׁ		לִדְרוֹשׁ	ad inquirendum.
	תֵּיעָשֶׂה		תֵּעָשֶׂה	fiet.
נ	דָּנַנִּי		דָּנַנִי	judicavit me.

PARAGOGICÆ.

ה	שַׁתָּה	Pro	שַׁת	poſuiſti.
א	הָלְכוּא		הָלְכוּ	iverunt.
ו	לָאו		לָא	non.
י	דִּבְרָתִי		דִּבְרָה	ordo.
ן	תַּעֲשִׂין		תַּעֲשִׂי	facies.

146. Addenda hic ſunt Nomina numeralia.

NUMERI CARDINALES.

	Maſc. Regim.	Maſc. Abſolut.	Fœm. Regim.	Fœm. Abſolut.
1	אַחַד	אֶחָד		אַחַת
2	שְׁנֵי	שְׁנַיִם	שְׁתֵּי	שְׁתַּיִם
3	שְׁלֹשֶׁת	שְׁלֹשָׁה	שְׁלֹשׁ	שָׁלֹשׁ
4	אַרְבַּעַת	אַרְבָּעָה		אַרְבַּע
5	חֲמֵשֶׁת	חֲמִשָּׁה	חֲמֵשׁ	חָמֵשׁ
6	שֵׁשֶׁת	שִׁשָׁת	שֵׁשׁ	שֵׁשׁ

Maſc.

	Masc. Regim.	Masc. Absolut.	Fœm. Regim.	Fœm. Absolut.
7	שִׁבְעַת	שִׁבְעָה	שְׁבַע	שֶׁבַע
8	שְׁמֹנַת	שְׁמוֹנָה		שְׁמֹנֶה
9	תִּשְׁעַת	תִּשְׁעָה	תְּשַׁע	תֵּשַׁע
10	עֲשֶׂרֶת	עֲשָׂרָה		עֶשֶׂר
11	עָשָׂר	אַחַד	עֶשְׂרֵה	אַחַת

Ita numeratur more aliorum in utroque statu, usque ad viginti, & per reliquas decades:

20	עֶשְׂרִים
30	שְׁלֹשִׁים
40	אַרְבָּעִים
50	חֲמִשִּׁים
60	שִׁשִּׁים
70	שִׁבְעִים
80	שְׁמֹנִים
90	תִּשְׁעִים
100	מֵאָה
200	מָאתַיִם
1000	אֶלֶף
2000	אַלְפַּיִם
10000	רְבָבָת

NUMERI ORDINALES:

	Masc.	Fœm.
1	רִאשׁוֹן	רִאשׁוֹנָה
2	שֵׁנִי	שֵׁנִית
3	שְׁלִישִׁי	שְׁלִישִׁית
4	רְבִיעִי	רְבִיעִית
5	חֲמִישִׁי	חֲמִישִׁית
6	שִׁשִּׁי	שִׁשִּׁית
7	שְׁבִיעִי	שְׁבִיעִית
8	שְׁמִינִי	שְׁמִינִית
9	תְּשִׁיעִי	תְּשִׁיעִית
10	עֲשִׂירִי	עֲשִׂירִית

Reliqui Ordinales formam Cardinalium sequuntur.

פַּעַם vice.

פַּעַם אַחַת una vice.

פַּעֲמַיִם duabus vicibus.

שָׁלֹשׁ פְּעָמִים tribus vicibus &c.

Cap.

CAPUT IX.

DE MUTATIONE VOCALIUM.

Conſideranda ſunt Puncta immutabilia, mutabilia, Cauſæ mutationis, quæ ſunt: Genus, Numerus, Regimen, Suffixa, Accentus. Mutatio τῶ Scheva, Anomala horum Punctorum mutatio, & Euphoniæ cauſa.

147. *Immutabilia* ſunt vocales impuræ i. e. 1º quæ includunt literam quieſcentem, vel explicite, ut: רֵאשִׁית principium, vel implicite, ut קָמָה ſeges â קוּם, in caſu Suff. קָמָתוֹ ſeges ejus. 2º Quæ compenſant Dageſch f: ut חָרָשׁ in caſu conſtructo חָרַשׁ Faber. 3º Quas ſequitur Dageſch forte. פִּקֵּד.

148. Si Dageſch forte propter literas Gutturales aut ר excludatur, Vocalis præcedens brevis mutatur in ſimilem longam ſcil.

	ֵ		בֵּרֵךְ		בִּרֵךְ	Præt. Piel.
[illegible]	ָ	ut	יְבָרֵךְ	pro	יְבַרֵךְ	Fut. Piel.
	וֹ		מְבוֹרָךְ		מְבֻרָךְ	Part. Püal.

149. *Cauſæ mutationis* præcipuæ comprehenduntur hoc Verſiculo: *Et Genus, & Numerus, Regimen, Suffixaque mutant.*

DE MUTATIONE IN PENULT. SYLL.

150. Igitur ָ, ֶ, ַ, propter 4. has causas in penultima mutantur in (ְ), ut à דָּבָר Verbum Plur. דְּבָרִים, שֵׁכָר inebriativum Plur. שְׁכָרִים צֶדֶק justitia, Plur. צְדָקִים, קָדוֹשׁ sanctus קְדוֹשָׁה sancta &c. Excipe 1º שָׁלִישִׁים Tribuni, שָׁבֻעִים Septimanæ, ubi Kametz manet. Excipe 2º (ְ) quod manet in Regimine Singulari. Item & (ֶ) quando constituit 5 Puncta, ut in עֶגֶל vitulus.

151. ֹ Ante ָ vel ֶ (his mutatis in ְ) in statu Suffixo, & Plur. mutatur in Kametzchatuph; ut קוֹדֶשׁ sanctitas, קָדְשִׁי sanctitas mea, קֳדָשִׁים, קָדָשִׁים, legitur etiam קֳדָשִׁים & קֳדָשִׁים sanctitates.

DE MUTATIONE IN ULTIMA SYLL.

152. ָ In ultima Syllaba mutatur in (ַ) 1º in Reg. Singulari, ut דְּבַר Verbum Dei. 2º Cum Suffixis הֶן, הֶם, כֶן, כֶם, ut דְּבַרְכֶם Verbum vestrum. Mutatur in (ְ) 1º in Regimine Plur. ut דִּבְרֵי Verba Dei. 2º Cum Suffixis כֶם כֶן הֶם הֶן.

153. ֵ Si præcedat (ָ), mutatur ut ְ, ideò שָׁכֵן, vicinus in Reg. Sing. שְׁכַן in Regim. Plur. שְׁכֵנֵי &c. Si præcedat alia vocalis mutatur in (ְ); ut חֵרֵשׁ surdus, חֵרְשִׁים surdi, חֵרֶשֶׁת surda. Excepto Regimine Singulari, ubi immotum manet.

154. ֶ Ferme mutatur in (ְ); præterquam in Plurali, tam status absoluti, quam in affixis

aliis

aliis à דַּן, רַם, בַּן, כַּם, in quibus mutatur in (ֶ); ut מֶלֶךְ Rex Plur. מְלָכִים, סֵפֶר liber, סְפָרֶיךָ libri tui. In Regim. Sing. manet; Excipe חַ; quod mutatur in הֵ; ut מַכֵּה אֱלֹהִים percussus Dei à מַכֶּה percussus.

155. *Mutatio τῶ Schevæ.* Scheva simplex, licet interdum quiescens, mobile autem nunquam ponitur sub gutturali, sed loco ejus Scheva compositum, plerumque (ֲ) ut רַחֲצוּ pro רַחְצוּ lavate, aut Scheva compositum simile vocali præcedenti ita ut τῷ ַ correspondeat ֲ, τῷ ֶ vel ֵ, ֱ, & τῷ ָ Chat. ֳ Et vice versa si gutturalis sub se habeat ֲ præcedens consona accipit ַ, si ֱ, accipit ֶ, si ֳ, accipit ָ, juxta tritum illud: *Gutturalis punctat se & præcedentem.*

156. Inde fluit, ut Verba, quæ pro prima radicali habent gutturalem, in toto Hophal sub 1ª radicali habeant ֳ ut à חָלַץ eruit fit in Præt. Hoph. הָחֳלַץ, in Fut. אָחֳלַץ in toto Hiphil (excepto Præterito) ֲ ut אַחֲלִיץ liberabo, in Præterito vero Hiphil, & aliis Temporibus, (in quibus prima radicalis esset Schevanda) ֱ ut Præt Niph. נֶחֱלַץ.

Excipe 1º Præt. Hiphil si habet ו Conversi, 2º Futurum Kal, si 1. rad. sit עחה & 2. rad. habeat ו, vel si 1ª radicalis sit ע, ultima ה, quæ accipiunt (ֲ ַ) ut Fut. Kal. נַעֲשֶׂה faciemus, אַחֲלוּץ eruam. 157.

157. Adde Præt. & Participium Niphal habent interdum ֶ, & interdum ֲ. Sicut Imperativus & Infinitivus Kal modo ֶ modo ֲ notantur.

158. Scheva Compositum ante aliud Scheva simplex abjicit suum Scheva simplex; ut מַעַשְׂךָ opus tuum, pro מַעֲשְׂךָ.

159. Sæpe fit Specialis contractio scil.

ַ ֵ	fit	ֲ ֱ	ut	בַּאדֹנָי בֵּאלֹהִים	pro	בַּאֲדֹנָי בֶּאֱלֹהִים

160. Scheva simplex ante aliud Scheva simplex mutatur in Chirik-parvum, ut pro דְבְרֵי fit דִבְרֵי.

161. Frequenter transit in (ַ), ut loco מְלְכִּי Rex meus מַלְכִּי. Præsertim sub vel ante gutturalem vel ante ר ut pro קְרְנוֹ Cornu ejus קַרְנוֹ.

162. Interdum in (ֶ) præsertim si (ְ) mutandum ortum fuerit ex (ֵ), ut â חֵפֶץ voluntas pro חְפְצוֹ fit חֶפְצוֹ voluntas ejus.

163. *Propter Accentum* Conjunctivum Makkaph Vocales longæ transeunt in similes breves, scil.

ָ ֹ vel וֹ	fit	ַ ָ Chat.	ut	מַה־ אֶת־כָּל־	pro	מָה אֵת־כּוֹל

164.

164. Idem fit propter Accentum ex ultima in penultimam retractum; ut וַיֹּ֫אמֶר & dixit pro וַיֹּאמֶר.

165. *Propter Accentum* vero Diſtinctivum ſcil. ob Silluck (ֽ) & Athnach (֑) plerumque, ob Sægolta (֒), Sakeph-katon (֔), Sakeph-gadol (֕). & Rebhia (֗) ſæpe, ob alios minores raro Vocales breves tranſeunt in longas ſcil.

◌ַ & ◌ֶ	in ◌ָ	ut pro שֶׁמֶשׁ	fit שָׁמֶשׁ ſol.
◌ֳ Chat.	in ◌ֹ	ut pro חֳלִי	fit חֹלִי morbus.

166. (ְ) Nominis in ◌ֶ ut pro פְּרִי fit פֶּרִי.

167. (ְ) Verbi in ◌ָ, vel Vocalem unde ortum eſt; ut pro יִמְסְרוּ cum Accentu יִמְסֹרוּ, pro מָסְרוּ fit מָסָרוּ. Excipe מֶלֶךְ, עֶרֶךְ, קֶדֶם, צֶדֶק &c. & alia uſu diſcenda; in quibus puncta invariata manent.

168. Item transponuntur puncta, & contrahuntur Syllabæ; ut:

מִמֶּךָּ	à me.	pro	מִמְּךָ
אוֹתָךְ	te.		אוֹתְךָ
לָךְ	tibi.		לְךָ
בָּךְ	in te.		בְּךָ

169. אֶרֶץ pro primo ◌ֶ accipit ◌ָ ſi profigatur הַ; ut הָאָרֶץ.

170. *Mutatio Vocalium Anomala.* 1. Nomina orta ex Verbis duplicantibus mediam, ſi in fine

fine crescant, impresso Dagesch f. ult. radicali propter expunctam mediam, Vocales longas mutant in similes breves. Ut:
ָ in ַ, ֵ in ֶ, ו vel וּ in ֻ Eg. תָּם Perfectus, a. r. תָּמַם, תַּמִּים Perfecti, תַּמָּה Perfecta. לֵב Cor, a. r. לָבַב. לִבִּי Cor meum.

171. ָ Sub Augmento antecedente manet; ut מָגֵן Clypeus, a. r. גָּנַן Plur. מָגִנִּים.

172. Sequentia פַּת buccella, מַס tributum, צַד latus, חַת terror, בַּז præda, סַף Limen, גַּת torcular. Item בַּת filia, אַף facies, aucta â fine (ַ) mutant in (ִ), ut: פִּתִּים, מִסִּים, בִּתִּי. אֱמֶת Veritas facit אֲמִתִּי.

173. Orta ex Quiescente ע scil. מָוֶת mors, תָּוֶךְ medium, אָוֶן iniquitas, contrahunt. (ָ ֶ) in (וֹ) scil. in Regim. & cum Suffix. Ut מוֹתִי mors mea &c.

174. Hæc: שׁוֹר bos, שׁוּק platea, דּוּד Canistrum, in Plur. ו fit mobile Eg. שְׁוָקִים שְׁוָרִים &c.

175. זַיִת Oliva, עַיִן oculus & similia (ַ ִ) contrahunt. In (ֵ) ut: זֵתִים olivæ &c.

176. חַיִל robur, עַיִר pullus asini, תַּיִשׁ hircus, in Plur. habent חֲיָלִים עֲיָרִים &c. בַּיִת domus, בָּתִּים.

177. עִיר civitas, רֹאשׁ caput, יוֹם dies habent

in Plur. (ָ immutabiliter) עָרִים &c. ast יָמִים in casu constructo יְמֵי.

178. Bissyllaba quædam orta ex Quiescente Lamed ה, & terminata in ָה vel ות, non mutant ָ in penult. ut: אָלָה juramentum. בָּרוּת esca &c. Cum Suffix. אָלָתִי, בָּרוּתִי.

Huc reducuntur רָמָה & רָמוּת excelsum, רָעָה malum, צָרָה angustia, & alia quædam similia.

179. Sequentia Monosyllaba mutantur, ut sequitur. אָב Pater, אָבִי, אָבִיךָ, Pater meus, אָבִיךָ &c. Pater tuus, אָבִיהוּ Pater ejus, אָבִינוּ Pater noster. Reg. Sing. אֲבִי, & bis אָב. Plur. אָבוֹת Reg. אֲבוֹת, אָח frater, ut אָב Plur. אַחִים, Reg. אֲחֵי, חָם Socer ut אָב, דָּם sanguis דִּמְכֶם, sanguis vester, יָד manus, יֶדְכֶם, פֶּה os, Reg. Singular. פִּי, cum Suff. פִּי os meum פִּיךָ &c. Plur. פִּים, פֵּיוֹת, פִּוֹת, פִּיפִיּוֹת, שֶׂה Agnus, Reg. שֵׂה, cum Suff. שֵׂיוֹ & שֵׂיֵהוּ, בֵּן Filius in Reg. בֶּן vel בִּן, Plur. בָּנִים, cætera regular. שֵׁם nomen in Reg. שֵׁם Plur. שֵׁמוֹת; cætera regular.

180. *Euphonica Vocalium alternatio* datur & ob soni affinitatem, Vocalium cognationem & Euphoniæ causa, ita ut ponatur, licet non tam frequenter,

terra.

ֶ	pro	ָ	& vice versa.	ut	הָאָרֶץ	pro	אֶרֶץ terra.
ֵ		ַ			לָבֵשׁ		לָבַשׁ vestivit.
ָ		ֵ			תּ֫מִיךְ		תֹּמֵךְ sustentans;
ֳ		ֹו & ֻ			עוּזָּה		עֻזָּה fortitudo.
ִ		ָ			כֹּ֫רַחַת		בֹּרַחַת fugiens.
ִ		ַ vel ָ		ut	יְלִדְתִּי		יָלַדְתִּי genuit.
ָ		ְ			קֻמְצוֹ		קָמְצוֹ pugillus ejus.
ֳ	pro	ָ Chat.			מֻגְלִים		מָגְלִים deportati.
ְ		ָ			יוֹלֵדֶת	pro	יוֹלֶדֶת pariens.
ֲ &		ְ		ut	צָלֲלוּ		צָלְלוּ profundum petierunt.
ֱ		ֲ			עֱרוּךְ		עֲרוּךְ ordinatus.

181. Similis alternatio etiam inter Consonantes invenitur 1º maxime inter literas אהוי. 2º Ponitur raro tamen.

ז	pro	ס	ב	pro	ד, כ, מ, ה, פ,
ס		שׂ	ג		ז
ע		א צ	ד		ר, ת & ו
פ		ב	ח		ת, ה
ר		ל, ד, ג	כ		ב
שׂ		ס	ך		ד, ם
ה		ת, ד	ם		ה
			נ		ת



CAPUT X.

DE PLENIORE ACCENTUUM GRAMMATICORUM COGNITIONE.

Consideranda sunt sequentia: Accentuum Numerus, Figuræ, Sedes, Usus, Retractio, Translatio.

182. *Numerus.* Numerantur 27. (alii plures, alii pauciores recensent) 19. Reges, cæteri Ministri, hos, sicut eorum figuras, sedes, an infra vel supra voces ponantur &c. Vide in subjecta Tabella.

ACCENTUS GRAMMATICI.

183. *Reges sive Distinctivi.*

1.	הספר	Silluk	.	11.	והספר	Gerefch.
2.	הספר	Athnach	:	12.	והספר	Gerefchaim
3.	הספר	Segola	;	13.	והספר	Telifcha M.
4.	הספר	Sakephgadol		14.	והספר	Pafer Min.
5.	הספר	Sakephkaton	;	15.	והספר	Pafer Maj.
6.	הספר	Refia	,	16.	והספר	Karne para
7.	והספר	Tiphcha		17.	והספר	Jethif
8.	והספר	Tefir		18	והספר	Schalfcheleth
9.	והספר	Sarka		19.	הספר ' הזה	Pefik aut Legarme.
10.	והספר	Pafta.				

Ministri sive Continuativi.

20. סֵפֶר Munach
21. סֵפֶר Merca Simpl.
22. סֵפֶר Compositum
23. סֵפֶר Mahpach
24. סֵפֶר Meajela
25. סֵפֶר Jerach
26. סֵפֶר Kadhma
27. סֵפֶר Telischa parv.

Quantum ad usum. Vide n. 20.

184. Adde, quod præter 4 illos distinguentes majores, & alii dicantur Reges, licet parum distinguant. Reges sunt Pausæ, atque respirationem indicant. Ministri autem continuant orationem usque ad Regem.

185. Syllaba Accentu affecta, ordinarie acuitur.

Excipiuntur Telischa major (՚), Jethibh (֚), & in Metricis sæpe Tiphcha, qui semper primæ, & Pasta (՚), Telischa minor (֩), Sægolta (֒), & Sarka (֮) qui semper ultimæ vocis literæ adhærent; Quocirca hi Accentus Syllabam suam non semper accuunt; Ideo nativa Accentus sedes ex appositis regulis colligenda est.

186. I. Omnis Accentus ex sua natura petit ultimam Syllabam; quare si vox in fine crescat, eum in ultimam secum trahit. Eg. דָּבָר verbum, דְּבָרִים verba. Excipe I. ה Paragogicum, it. & י Pronomini aut Participiis Fœm. Paragogice affixum ut אִזְכְּרִי.

187. II. Excipe in penultima habent Accentum, quæ terminantur in

ut פֶּסַח Pascha.		שָׁמַיִם Cœli.
בֶּגֶד Vestis.		קֹשִׁי durus.
קֹדֶשׁ Sanctitas.		שְׁבִי captivitas.
תֹּאַר Forma.	הוּ	תֹּהוּ solitudo.
סֵפֶר Liber.		לַיְלָה nox.
מָוֶת Mors.		אַרְצָה in terram cum ה locali.
בַּעַל Dominus.		Excipe דִּבְרָתִי Ordo.

188. III. Si tamen idem Accentus, de quibus n. 185. in eadem voce bis inveniatur, prior Syllabam acuit; ut הַמַּיִם hammájim, aquæ. Si vero sint duo diversi Accentus, posterior acuit, & prior est Rhetoricus Metheg.

189. IV. Alias, si Vocales sint æquales, Accentus comitatur ultimam; ut לֵבָב cor.

Ad Verborum & Suffixorum Accentus quantum attinet, eorum Paradigmata & Schemata pro regula sunto.

190. *Retractio Accentus* quæ ortum habere videtur vel ex nimia subsequentis vicinitate, vel ad majorem adfectus expressionem, vel ut cum majori emphasi claudantur Periodi.

191. Retrahitur autem ab ultima in penultimam. 1º Si ſequatur Monoſyllabum aut Milel, ut: בָּנָה עִיר ædificavit civitatem. קָרָא סֵפֶר legit librum. 2º Si adſit Vav converſivum ut וַיֹּאמֶר & dixit. 3º Si adſit Accentus diſtinctivus, præſertim ex 4 majoribus; ut נָפָלוּ ceciderunt, pro נָפְלוּ. 4º Interdum etiam ob אַל, ut אַל־תֵּרֶא ne aſpicias.

Item etiam in Futuris & Imperativis abſolutis ut הִשָּׁמֶר cave.

192. *Tranſlatio* fit â penultima in ultimam propter Vau converſivum Præteriti, ſi careat affixo ut וְשָׁבַרְתִּי. Et frangam. Excipe tamen 1. Perſ. in Plur.



 PARS II.

PARS II.

SINTAXIS SIVE PHRASEÖLOGIA.

Prœn. ſicut Pars prima, ita & hæc ſecunda circa tria ſcil. Nomina, Verba & Particulas potiſſimum occupatur.

Caput I.

DE NOMINE.

Conſideranda hic ſunt ſequentia: Adjectivum, Comparativum, Superlativum, Subſtantivum, Regimen, Significatio Genitivi, Abſtracta, Numerus, Caſus, Pronomen, Reciproca.

DE ADJECTIVO.

193. *Adjectivum* ſuo ſubſtantivo plerumque poſtponitur, ac ſæpe articulum ה recipit, ut: הַמֶּלֶךְ הַגָּדוֹל Rex ille magnus.

194. Si præponatur, Subſtantivum *ſum* ſubintelligitur. Eg. יָשָׁר דְּבַר יְהוָה rectum (*eſt*) Verbum Domini.

195. Cum ſuo Subſtantivo in genere & numero concordat, ſi ab eo nonnunquam diſcrepat

neu-

neutrale censetur; Eg. יָשָׁר מִשְׁפָּטֶיךָ rectum (quid sunt) judicia tua? vel etiam Substantivum suum distribuit, & idem est, ac unumquodque judiciorum tuorum rectum est.

196. Si duo Substantiva diversi generis aut numeri præcedunt, interdum in genere & numero cum obliquo convenit, Eg. Gen. 4. ℣. 10. קוֹל דְּמֵי אָחִיךָ צֹעֲקִים Vox sanguinum fratris tui clamantium (pro clamans ad me.)

197. Variis autem modis Adjectivum Hebræis exprimitur: 1º Per Substantivum in regimine positum, Eg. Psal. 2. ℣. 9. בְּשֵׁבֶט בַּרְזֶל In virga ferri, i. e. ferrea. 2º Per 2. Substantiva, Eg. Gen. 19. ℣. 24. גָּפְרִית וָאֵשׁ Sulphur & ignem, i. e. Sulphur igneum. 3º Per אִישׁ, alteri nomini in Genitivo junctum, ut Exo. אִישׁ דְּבָרִים Vir verborum i. e. eloquens. 4º Per abstractum & quidem cum emphasi Eg. Gen. 46. ℣. ult. תּוֹעֲבַת מִצְרַיִם abominatio Ægyptiorum i. e. Summè abominabilis est Ægyptiis scil. omnis pastor ovium. 5º Per Adverbium Substantivo additum. Eg. Ne sis testis temere i. e. temerarius. 6º Per Substantivum cum Præpositionibus עִם, מ, ל, ב, Eg. Jer. 5. ℣. 6. אֲרִי מִיַּעַר Leo de Sylva, i. e. Sylvestris &c.

198. Adjectivum Fœmininum etiam in Plurali absolute ponitur, quemadmodum apud latinos

Neutrum, ut Psal. 12. ỷ. 4. לָשׁוֹן מְדַבֶּרֶת גְּדוֹלוֹת linguam loquentem *magna.*

DE COMPARATIVO.

199. *Comparativum* circumscribitur. 1º Per מִן vel מִ præ Eg. טוֹב מִיַּיִן bonus præ vino, i. e. melior vino. 2º Per nomen in Genitivo positum, Ps. 89. ỷ. 28. עֶלְיוֹן לְמַלְכֵי אָרֶץ Excelsus Regum terræ i. e. excelsior Regibus terræ. 3º Per affirmationem illius quod præfertur, & negationem alterius, Ps. 22. 7. וְאָנֹכִי תוֹלַעַת וְלֹא־אִישׁ & Ego vermis & non homo i. e. potius vermis, quam homo.

DE SUPERLATIVO.

200. *Superlativum* modis sequentibus exprimitur: 1º Per positivum geminatum ut Prov. 20. ỷ. 14. רַע רַע malum, malum, i. e. pessimum. 2º Per Adverbium מְאֹד valde. Ut Gen. 1. ỷ. 31. מְאֹד טוֹב valde bonum, i. e. optimum. 3º Per copulationem substantivi cum alio substantivo, ut: Psal. 36. ỷ. 4. דִּבְרֵי פִיו אָוֶן וּמִרְמָה Verba oris ejus iniquitas & dolus, i. e. dolosissima & iniquissima. 4º Per Abstractum emphaticum, ut: Ps. 35. ỷ. 6. יְהִי דַרְכָּם חֹשֶׁךְ Erit via eorum tenebræ, i. e. tenebrosissima. 5º Per Genitivum utriusque Numeri, ut Eccl. 1. ỷ. 2. הֲבֵל הֲבָלִים Vanitas vanitatum, i. e. maxima vanitas, & 1 Sam. 21. ỷ. 7. אַבִּיר הָרוֹעִים potens pastorum,

ſtorum, i. e. potentiſſimus Pſ. 61. ℣. 4. מִגְדַּל עֹז turris fortitudinis, i. e. fortiſſima. 6º Per nomina Dei. Item per בְּכוֹר חֵלֶב ut Pſal. 36. ℣. 7. הַרְרֵי אֵל montes Dei, i. e. montes altiſſimi, maximi. Pſal. 81. ℣. ult. מֵחֵלֶב חִטָּה de adipe tritici, i. e. de optimo tritico, & Iſa. 14. ℣. 30. בְּכוֹרֵי דַלִּים primogeniti pauperum, i. e. pauperrimi. 7º Per præfixum, ב ut: Cant. 1. ℣. 8. הַיָּפָה בַּנָּשִׁים o pulchra in mulieribus, i. e. pulcherrima mulierum. 8º Per geminationem primæ & ſecundæ radicalis Verbi, ut: יָפְיָפִיתָ pulcherrimus fuiſti. N. ſi ſecunda & tertia Syllaba ſit geminata, juxta Aben Esra diminutionem ſignificat, ut: יְרַקְרַק ſubviride, i. e. ad viridem colorem aliquo modo accedens. In quibusdam tamen etiam vim Superlativi obtinet, ut: Thren. I. ℣. 20. מֵעַי חֳמַרְמָרוּ Viſcera mea valde turbata ſunt: 9º Per *το omnis*, Pſ. 107. 17. כָּל־אֹכֶל תְּתַעֵב נַפְשָׁם *omnem* (i. e. *præſtantiſſimam*) eſcam (*ſcil. Manna*) abominata eſt anima eorum.

DE SUBSTANTIVO.

201. Idem Subſtantivum, ſi repetatur ſignificat 1º vel continuationem, ut Deut. 16. ℣. 20. צֶדֶק צֶדֶק תִּרְדֹּף Juſtitiam, juſtitiam ſectaberis, i. e. *continuo*, *indeſinenter* ſectaberis &c. 2º Vel diſtributionem, ut Pſ. 68. ℣. 20. בָּרוּךְ אֲדֹנָי יוֹם יוֹם bene-

benedictus Dominus die die, i. e. singulis diebus, idque plerumque in adjectivis numeralibus accidit, ut: Gen. 7. ✡. 9. שְׁנַיִם בָּאוּ duo duo (i. e. bina & bina) ingressa sunt. 3º vel diversitatem, ut: Psal. 12. ✡. 3. בְּלֵב וָלֵב יְדַבֵּרוּ in corde & corde loquuntur, i. e. aliter loquuntur, aliter cogitant. 4º Vel Universitatem, ut: Isa 3. ✡. 1. מַשְׁעֵן וּמַשְׁעֵנָה Validum & validam, i. e. omne robur. Nota hic nomen geminandum est in diverso genere. 5º Multitudinem, ut: Gen. 14. ✡. 10. בֶּאֱרֹת בֶּאֱרֹת putei putei, i. e. plurimi putei.

DE REGIMINE SIVE STATU CONSTRUCTO.

202. Quotiescunque duo nomina substantiva rerum diversarum in eadem oratione conveniunt, alterum erit in Regimine. De quo n. 39.

Hanc regulam etiam imitantur 1º Adjectiva, ut: Prov. 14. ✡. 17. קְצַר אַפַּיִם brevis irarum; præsertim ea, quæ apud latinos regunt Ablativum, ut: Ps. 24. ✡. 4. נְקִי כַפַּיִם innocens manuum, *pro manibus.* 2º Participia per modum substantivorum sumpta, ut: Ps. 5. ✡. 6. פֹּעֲלֵי אָוֶן Operantes *iniquitatis*, pro iniquitatem 3º Infinitivi, ut: Ruth. 1. ✡. 1. בִּימֵי שְׁפֹט in diebus *judicare.*

203. *Substantivum* formam Regiminis quandoque habet, sequentibus præfixis: מ, ל, ב, ש, ut:

ut: Eccl. 11. מְקוֹם שֶׁיִּפּוֹל loco, quo ceciderit. Sam. 1. ℣. 21. הָרֵי בַגִּלְבֹּעַ montes in Gelboe. Job. 18. ℣. 2. קִנְצֵי לְמִלִּין fines ſermonibus. Ezech. 13. ℣. 2. נְבִיאֵי מִלִּבָּם Prophetæ ex corde ſuo.

204. Regimen hoc per plures Genitivos ſæpe continuatur, ut: Joſ. 10. ℣. 14. אֶל־קְצִינֵי אַנְשֵׁי מִלְחָמָה ad Principes virorum belli.

205. Pro eo & ſtatus abſolutus uſurpatur, ut: Prov. 22. ℣. 21. אֲמָרִים אֱמֶת Verba veritatis, & vice verſa Regimen pro ſtatu abſoluto, ut: Pſal. 77. מַלְאֲכֵי רָעִים Angeli mali.

Ita, ut quandoque inter duo nomina abſoluta intercedat conjunctio &, ut: Gen. 3. ℣. 16. עִצְּבוֹנֵךְ וְהֵרֹנֵךְ dolorem tuum, & conceptum tuum, i. e. dolores conceptus tui.

206. Si duo Synonyma in Regimine ponuntur Emphaſis denotatur, ut: Pſal. 148. ℣. 8. רוּחַ סְעָרָה Spiritus procellarum. i. e. Ventus procelloſiſſimus. Interdum eſt tantum pleonaſmus.

207. Verbalia actionem Significantia & in Regimine poſita interdum caſus verborum ſuorum admittunt, ut: 2. Paral. 2. ℣. 11. בְּאַהֲבַת יְהוָה אֶת עַמּוֹ in amore Domini populum ſuum; interdum etiam extra Regimen ut Iſa. 11. ℣. 9. דֵּעָה אֶת־יְהוָה ſcientia Dominum, loco Domini.

208.

208. Genitivus apud Hebræos varia significat, 1º Causam efficientem בְּמַהְפֵּכַת זָרִים secundum subversionem alienorum, i. e. quam alieni intulerunt, 2º finalem, ut Psal. 44. ℣. 23. כְּצֹאן טִבְחָה Sicut pecus mactationis, i. e. quod est propter mactationem. 3º Materialem ut Gen. 3. ℣. 21. כָּתְנוֹת עוֹר tunicæ pellis i. e. ex pellibus confectæ. 4º Effectum, ut Gen. 2. ℣. 9. עֵץ הַחַיִּים lignum vitæ, i. e. quod efficit vitam scil. longissimam. 5º Objectum, ut Ps. 149. ℣. 6. רוֹמְמוֹת אֵל Exaltationes Dei, i. e. quibus Deus tanquam objectum laudatur. 6º Similitudinem ut Isa. 1. ℣. 10. עַם עֲמֹרָה populus Gomorrhæ, i. e. similis isti populo.

209. Nomina sequentia אֱנוֹשׁ homo, אִישׁ Vir, בַּיִת Domus, בַּעַל Dominus, בַּת Filia, בֵּן Filius, in Regimine posita sequentes pariunt Phrases:

1º אִישׁ Vir sanguinum i. e. sanguinolentus. Vir muneris i. e. munificus. Viri pecoris i. e. pastores. Viri nominis i. e. famosi. Viri consilii, Consiliarii. Vir terræ i. e. Agricola. Vir agri i. e. Venator. Vir Issachar, ex tribu Issachar oriundus. Vir rixæ i. e. litibus vacans. Vir Dei i. e. à Deo electus, missus &c. אִישׁ Vir sæpe Syncategorematice sumitur, ut 1 Sam. 8. ℣. 12. לְכוּ אִישׁ לְעִירוֹ ite Vir (i. e. quisque) in civitatem suam; sic & אָח Frater, אָדָם homo &c.

2º

2º בַּעַל Dominus domus (in fœm. בַּעֲלָה) Dominus pili, alæ &c. i. e. pilosus alatus &c. Domini fœderis, i. e. fœderati. Dominus somniorum, sagittarum &c. i. e. somniator, sagittarius &c. Domini Sichem &c. i. e. Sichimitæ &c. 3º בֵּן vel בַּת. Filius olei i. e. locus pinguis. Filii fidejussionum i. e. obsides. Filius mortis i. e. dignus morte. Filius cædendi i. e. dignus, ut cædatur. Filius centum annorum i. e. natus 100. annos. Filius senectutis i. e. in senectute patris natus. Filius domus meæ i. e. Vernaculus meus. Filii populi mei i. e. concives. Filii orientis i. e. orientales. Fili Ægypti, i. e. ejus incolæ. Filii pharetræ i. e. sagittæ. Filius areæ i. e. frumentum in area trituratum. Filia maris i. e. navis. Flii Prophetarum i. e. eorum discipuli. Arcturum cum Filiis suis i. e. cum stellis sibi junctis. Porta Filia multorum i. e. â plurimis frequentata. Ita urbes dicuntur Filiæ, & quidem זונות meretrices, si idololatriæ sint deditæ; alias Virgines. Is. 1. 21. אֵיכָה הָיְתָה לְזוֹנָה quomodo facta est meretrix civitas fidelis. (scil. Jerusalem) 4 Reg. 19. 21. בְּתוּלַת בַּת־צִיּוֹן Virgo Filia Sion. Filius fructificantis i. e. ramus fœcundus. 4º בַּיִת Domus vinctorum, custodiæ &c. i. e. carcer. Domus vini i. e. cella vinaria. Domus tramitum i. e. locus, ubi diversi tramites

con-

concurrunt denique quodvis vas continens, & quemvis locum continentem ſignificat.

210. Sequentia præcipue ſæpe pleonaſtice ponuntur ſcil. 1º פָּנִים facies ut ſuper faciem abyſſi i. e. ſuper abyſſum; â facie mortui i. e. â mortuo. 2º פֶּה aut פִּי os oris, ut in ore gladii i. e. in gladio vel extremitate gladii. Secundum os verborum, i. e. ſecundum verba. 3º בָּנִים Filii ut Filii hominum i. e. homines. Filii Enakim i. e. Gigantes. 4º שֵׁם nomen, ut nomen Dei Jacob i. e. Deus Jacobi. 5º יַד manus. Per manum Moſis i. e. per Moyſen. Et adhibetur pro quovis inſtrumento ſive animato ſive inanimato. 6º תָּוֶךְ & קֶרֶב medium, ut in medio populi i. e. in populo. 7º לֵב cor, ut in corde maris i. e. in mari. 8º דָּבָר Verbum, res, negotium, ut Verba iniquitatum, mirabilium &c. i. e. iniquitates, mirabilia &c. Sic עַל־דְּבַר propter Verbum i. e. propter.

211. Abſtracta pro concretis ponuntur modo active, ut Pſal. 91. ✝. 9. כִּי אַתָּה ... מַחְסִי. Quia tu ... es ſpes mea, i. e. in quem ſpero. Modo Paſſive, ut Gen. 31. ✝. 9. פַּחַד יִצְחָק. Timor Iſaac, i. e. qui timebatur ab Iſaac.

DE NUMERO.

212. *Numerus* Singularis interdum pro Plurali uſurpatur, in illis præcipue, quæ collectionem

nem aut multitudinem inferunt. Ut Gen. 49. ℣. 6. הָרְגוּ אִישׁ occiderunt virum i. e. viros.

213. Si sint Collectiva Singularia, sæpe cum Verbo, Participio & Adjectivo in Plurali construuntur ut Isa. 9. ℣. 1. הָעָם הַהֹלְכִים בַּחֹשֶׁךְ populus ambulantes in tenebris.

214. Pluralis pro Singulari positus indicat 1° Emphasin, magnitudinem &c. ut Isa 53. ℣. 9. בְּמֹתָיו in mortibus ejus i. e. truculentissima morte. 2° Excellentiam, ut Prov. 1. ℣. 20. חָכְמוֹת Sapientiæ pro Sapientia Infinita & Æterna, 3° si sint nomina Dominii Eg. אֱלֹהַּ, אָדוֹן בַּעַל, honoris causa adhiberi dicuntur, ut Gen. 24. ℣. 9. תַּחַת יֶרֶךְ אַבְרָהָם אֲדֹנָיו sub femore Abraham Dominorum suorum i. e. Domini sui. 4° In nominibus divinis probabilius Mysterium SS. Trinitatis, ut Gen. 1. ℣. 1. בָּרָא אֱלֹהִים creavit Dii i. e. unus Trinusque Deus. 5° Distributionem, si construatur cum Verbo vel Adjectivo in Singulari, ut Ps. 87. ℣. 3. נִכְבָּדוֹת מְדֻבָּר בָּךְ Gloriosa dictum de te i. e. hoc & illud gloriosum dictum de te. 6° Unum indeterminatum ut Jud. 12. ℣. 7. וַיִּקָּבֵר בְּעָרֵי גִלְעָד & sepultus est in urbibus Galaad i. e. in una ex urbibus Galaad.

DE CASU.

215. *Casus.* Nominativus solitarie sæpe ponitur & integrum membrum constituit; ut Ps. 11.

℣. 4. יְהוָה בַּשָּׁמַיִם כִּסְאוֹ Dominus, in cœlis solium ejus. i. e. Dominum quod attinet, in cœlis est solium ejus. Juxta alios in hoc & aliis similibus exemplis pronomen sive affixum *ejus* redundat; & sensus est: Domini sedes in cœlis.

216. Obliqui per Pronomina ut plurimum Affixa indicantur, quæ cum præcedente Nomine, cujus obliquum indicant, in genere & numero conveniunt.

217. Dativus possessorem, & Authorem nonnunquam indicat; Ut מִזְמוֹר לְדָוִד Psalmus Davidi, i. e. cujus author est David.

218. Porro ob penuriam vocum, qua laborant Hebræi, nomina plantarum, arborum, gemmarum, animalium sæpe generica sunt; uti: אֵלָה significat omnem arborem glandiferam, vel quæ aliquid glandibus simile profert. Inde modo Quercus, modo Terebinthus, modo Ilex, modo Castanea vertitur. Ita תַּנִּין significat omne animal grande & monstrosum.

219. Vice versa eadem res, quæ diversas in se continet proprietates, conditiones, diversis exprimitur nominibus. Ita leges Psal. 119. vocantur *mandata*, *statuta*, *custodia*, quia custodienda, cavenda &c. præcipiunt, *judicia* quia dijudicant lites, *testimonia* scil. voluntatis divinæ, *justitia*, *æquitas*, *veritas* quia præcipiunt,

quæ

quæ justa, quæ æqua, & quæ vera sunt. *Viæ Domini*, *justificationes*, quia justificant, deducuntque nos ad Deum, *Verbum*, *eloquia*, *sermones* Domini, quia ex ore Dei processerunt.

220. Nomina propria hominum, gentium &c. non raro mysterium aut rationem, cur ita nominentur, continent. Ita Oseæ 1. ℣. 9. Ejusdem Filius nominatur לֹא עַמִּי i. e. non populus meus, ad indicandam reprobationem Judæorum. Ita Adam, Eva, Kain, Abel, Seth, Abraham, Isaac, Jacob &c. Sua continent mysteria, in S. Scriptura assignata.

Caput II.

De Pronomine.

221. Hoc indicat 1º quandoque distributionem, ut Ps. 20. ℣. 8. אֵלֶּה בָרֶכֶב וְאֵלֶּה בַסּוּסִים hi in curribus & hi in equis i. e. *alii & alii &c.* 2º הוּא, De Deo dictum, immutabilitatem, ut Ps. 102. ℣. 28. וְאַתָּה הוּא & Tu Ipse, & anni Tui non deficient. 3º Verbi Substantivi *sum* vicem sæpe supplet; ut Gen. 3. ℣. 10. כִּי עֵירֹם אָנֹכִי Quoniam nudus ego, subintellige, *sum*. Maxime si Nominibus præponatur, ut Gen. 2. ℣. 4. אֵלֶּה תוֹלְדוֹת istæ (subintellige sunt) Generationes.

222. Ponitur non raro loco Nominis antecedentis, præcipue si antecedat Nomen Proprium, ut Ps. 132. ℣. 1. זְכוֹר־יְהוָה לְדָוִד memento Domine David, loco *mei*.

223. Pronomina personalia לִי mihi, לוֹ illi, לְךָ tibi nomini, verbo & adverbio pleonastice interdum junguntur, ut Gen. 12. ℣. 1. לֶךְ לְךָ ito tibi, 2 Sam. 22. ℣. 2. וּמְפַלְטִי־לִי & liberator meus mihi. Iidem pleonasmi habentur in sequentibus; וַתִּרְאֵהוּ אֶת־הַיֶּלֶד & vidit *eum* puerum, אֹתוֹ הַכֻּהוּ *hunc* percutite *ipsum*.

224. Interdum emphasin indicant ut Job 19. ℣. 27. אֲשֶׁר אֲנִי אֶחֱזֶה לִּי quem videbo mihi i. e. certo *in salutem meam*.

225. Pronomina Suffixa Verbis intransitivis addita per particulas exponenda sunt, ut Ps. 5. ℣. 5. לֹא יְגֻרְךָ non habitabit te i. e. *tecum* & Ps. 18. ℣. 40. קָמַי insurgentes mihi i. e. *contra me*.

DE PRONOMINE RELATIVO.

Nota ad hoc non tantum pertinet τὸ אֲשֶׁר sed etiam Pronomina primitiva, si ad alia referantur. De quibus observandum.

226. Quod non semper ad proxime sed ad remotius antecedens, interdum etiam ad subsequens referantur, ut 2 Sam. 20. ℣. 6. קַח אֶת־עַבְדֵי אֲדֹנֶיךָ וּרְדֹף אַחֲרָיו sume servos Domini

Domini tui & persequere post eum, non Dominum, sed seditiosum sebam; de quo ab initio hujus versus sermo erat. Ps. 105. ℣. 19. עַד־עֵת בֹּא־דְבָרוֹ usque ad tempus venire verbum *ejus*, non *Josephi* de quo ℣. 17 & 18. sed Dei, de quo post citata verba dicitur אִמְרַת יְהוָה eloquium Domini.

227. Ponitur interdum pro ipso nomine, quod antecedere deberet, ut Num. 7. ℣. 89. לְדַבֵּר אִתּוֹ ad loquendum cum *ipso* scil. Deo; cujus tamen nomen neque antecedit, neque sequitur.

228. Relativum itaque אֲשֶׁר qui, quæ, quod, cujus sit numeri, generis, casus sæpe per suffixum, rectum post verbum, determinatur. Ut Gen. 1. ℣. 11. אֲשֶׁר זַרְעוֹ־בוֹ cujus semen ejus in eo i. e. *in quo* est semen ejus. In hoc & similibus idem est, ac si præfixum τῷ אֲשֶׁר esset præpositum, ut idem sit אֲשֶׁר בּוֹ ac בַּאֲשֶׁר in quo.

229. Ejus ellipsis frequens est, ut Ps. 7. ℣. 16. וַיִּפֹּל בְּשַׁחַת יִפְעָל & cadet in foveam, faciet, i. e. *quam* fecit.

230. Pro Relativo nonnunquam ponitur 1º Demonstrativum זֶה vel זוּ iste Ps. 31. ℣. 5. הוֹצִיאֵנִי מֵרֶשֶׁת זוּ טָמְנוּ לִי educ me de reti, *istud* (loco *quod*) absconderunt mihi. (aliis juxta num.

præced. ellipsis est) 2º וְ &, ut Ruth. 3. ℣. 16. וַתָּבוֹא אֶל־חֲמוֹתָהּ וַתֹּאמֶר & venit ad socrum suam, & (i. e. quæ) dixit ei &c. 3º Pro כִּי quia. Ut Ps. 90. ℣. 4. כְּיוֹם אֶתְמוֹל כִּי יַעֲבֹר tanquam dies hesterna, *quia* (i. e. *quæ*) præteriit.

DE MODO RECIPROCANDI.

240. Reciprocum, quo carent Hebræi varie ab iis exprimitur. 1º Per repetitionem antecedentis ut Genesis 1. ℣. 27. וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת הָאָדָם .... בְּצֶלֶם אֱלֹהִים & creavit Deus hominem .... ad imaginem Dei i. e. *suam*. 2º Per affixum tertiæ Personæ ut Gen. l. c. בְּצַלְמוֹ ad imaginem ipsius i. e. suam. 3º Per τό נֶפֶשׁ anima ut Amos 6. ℣. 8. נִשְׁבַּע.... יְהוָה בְּנַפְשׁוֹ Juravit Dominus per animam suam i. e. per *semetipsum*. 4º Per עַיִן oculus, ut: Isa. 5. ℣. 21. הוֹי חֲכָמִים בְּעֵינֵיהֶם væ sapientibus in oculis suis i. e. in se ipsis.

CAPUT III.

DE VERBIS.

Consideranda sunt sequentia: Verbum simplex, Verborum Modus significandi, Verbum constructum, Verbum הָיָה *fuit, & particulares*

culares Personarum, Temporum, Modorum &c. Phrases.

DE VERBO SIMPLICI.

241. Verbum ſimplex habet etiam Significationem compoſiti, quo carent Hebræi, ut קָרָא vocavit ſæpe etiam ſignificat invocavit.

242. Cæteroquin ubi aliæ linguæ Præpoſitiones Verbis præponunt, ut reddant compoſita, Hebræi has Verbis poſtponere & Nomini præfigere ſolent; ut ire *ad locum* idem eſt ac *adire*.

DE VERBORUM MODO SIGNIFICANDI.

243. Verba, alias Actum ſignificantia, varia ſignificare ſolent.

1º Tantum Conatum, ut Gen. 37. ℣. 21. וַיַּצִּלֵהוּ & eripuit eum (i. e *nitebatur liberare eum*) Ut bene vertit vulgata.

2º Potentiam, ut Job. 9. ℣. 6. הַמַּרְגִּיז אֶרֶץ qui commovet terram (i. e. qui *poteſt* commovere &c.

3º Debitum aut Officium, ut Ezech. 34. ℣. 2. יִרְעוּ הָרֹעִים nonne greges paſcunt paſtores, (i. e. *debent* paſcere).

4º Voluntatem aut Votum, ut Exod. 12. ℣. 48. וְעָשָׂה פֶּסַח Et fecerit Paſcha. (i. e. & facere *voluerit*).

 5º Con-

5º Consuetudinem, ut Deut. 1. ℣. 44. כַּאֲשֶׁר תַּעֲשֶׂינָה הַדְּבֹרִים. quemadmodum faciunt (i. e. *ſolent* facere) apes.

6º Occaſionem, Gen. 42. ℣. 38. וְהוֹרַדְתֶּם אֶת שֵׂיבָתִי & deſcendere facietis canitiem meam (i. e. dabitis *occaſionem* mortis meæ).

7º Qualitatem, ut Ezech. 26. ℣. 14. לֹא תִבָּנֶה עוֹד non ædificaberis amplius (i. e. in priore elegantia).

8º Confirmationem, ut Deut. 10. ℣. 8. בָּעֵת הַהִוא הִבְדִּיל יְהוָה שֵׁבֶט הַלֵּוִי in tempore illo ſeparavit Dominus tribum Levi, ut portaret arcam (i. e. confirmavit ſeparationem jam antea factam).

9º Initium, ut 2 Sam. 2. ℣. 10. בְּמָלְכוֹ cum regnaret (i. e. regnare cœpiſſet) (vice verſa verba, initium alias ſignificantia, actum perfectum ſignificant, ut Gen. 38. ℣. 23. תִּקַּח־לָהּ capiat ſibi i. e. acceptum retineat ſibi).

10º Mandatum, ut Geneſis 46. ℣. 29. וַיֶּאְסֹר יוֹסֵף מֶרְכַּבְתּוֹ & junxit Joſeph currus (i. e. mandavit jungi).

11º Permiſſionem, ut Gen. 12. ℣. 12. וְאֹתָךְ יְחַיּוּ & te vivificabunt *vel* vivere facient (i. e. vivere permittent).

12º Conſenſum, ut 2 Samuel. 3. ℣. 30. וְיוֹאָב וַאֲבִישַׁי ···· הָרְגוּ לְאַבְנֵר Et Joab & Abiſai occi-

occiderunt Abner. i. e. *Consentiente* Abisai, Joab occidit Abnerum.

13º Solam Declarationem. Levit. 13. ℣. 6. וְטִהֲרוֹ הַכֹּהֵן & mundabit eum Sacerdos i. e. *declarabit* esse mundum.

14º Vice versa verba Notificationem aut Declarationem significantia, qualia sunt קָרָא vocavit; אָמַר dixit &c. sæpe significant ipsum actum, vel ipsam rem, ut Ps. 60. ℣. 5. הִרְאִיתָ עַמְּךָ קָשָׁה Ostendisti populo tuo dura i. e. reipsa dura exhibuisti. Is. 7. 14. וְקָרָאת שְׁמוֹ עִמָּנוּאֵל & vocabis nomen ejus Emmanuel (i. e. erit &c.) Sic בֵּרֵךְ benedixit, item maledicere, idem sæpe significant ac bona vel mala conferre.

15º Habitum ut Gen. 2. ℣. 17. מוֹת תָּמוּת moriendo morieris, (i. e. *mortalis* eris.)

244. Verba potestatis *jus* aut debitum interdum significant, ut Gen. 34. ℣. 14. לֹא נוּכַל לַעֲשׂוֹת non possumus facere i. e. non licet &c.

245. Verba affirmantia pro contrariis negantibus quandoque sumuntur, ut Malach. 1. ℣. 3. וְאֶת־עֵשָׂו שָׂנֵאתִי & Esau odio habui (i. e. non dilexi, vel minus dilexi) & vice versa, ut Psal. 107. ℣. 38. וּבְהֶמְתָּם לֹא יַמְעִיט Et jumenta eorum non minuit (i. e. quam maxime auxit).

246. Verba Neutra subin active exponuntur.

247. Et Activa per duplicem actionem more Hiphil; ita illud ad Rom. 8. 26. Spiritus postulat pro nobis (i. e. facit postulare).

248. Et sæpius passive; ut Exod. 10. ℣. 21. וַיָּמֵשׁ חֹשֶׁךְ & palpabit tenebras, (i. e. *palpari poterunt*) ibid. 9. ℣. 16. וּלְמַעַן סַפֵּר שְׁמִי & ad narrandum nomen meum (i. e. ut enarretur &c.) (licet dici possit, quod per Ellipsin אִישׁ *quis* vel *aliquis* subintelligatur.)

249. Et vice versa Passiva active 2 Sam. 20. ℣. 10. לֹא נִשְׁמַר non custoditus est i. e. non observavit, ut vertit Pagn. Juxta alios significatio est reciproca scil. non *custodivit seipsum*. Niphal enim interdum usurpatur pro Hithpael & vice versa Hithpael pro Niphal.

DE VERBO CONSTRUCTO.

250. Verba maxime intransitiva eleganter construuntur cum nomine homogeneo, quo innuitur 1º ut plurimum Emphasis, ut שָׂמַח שִׂמְחָה lætatus est lætitia i. e. *vehementer* lætatus est: *Vel* 2º Effectus, ut Gen. 1. ℣. 11. מַזְרִיעַ זֶרַע seminantem semen i. e. facientem semen, vel. 3º Objectum, ut ibid. 8. ℣. 21. וַיָּרַח יְהוָה אֶת־רֵיחַ & odoratus est Dominus odorem (i. e. acceptum habuit sacrificium).

251. Pariter innuitur certitudo, vehementia vel alia similis Emphasis, si Verbo Finito Infiniti-

finitivus homogeneus additur, ut Gen. 2. ỳ. 16. אָכֹל תֹּאכֵל comedendo comedes (i. e. liberrime &c. Si sit Infinitivus diversi Verbi, Actionis continuatio ferme indicatur, ut Gen. 8. ỳ. 3. וַיָּשֻׁבוּ הַמַּיִם .... הָלוֹךְ וָשׁוֹב & reversæ sunt aquæ eundo & redeundo (i. e. continuo, magis, magisque recedendo.

252. Pariter emphasin indicat negatio rei contrariæ, quando affirmationi subnectitur. Is. 38. ỳ. 1. כִּי מֵת אַתָּה וְלֹא תִחְיֶה Quia morieris tu, & non vives (i. e. *certissime morieris*).

253. Infinitivus per Verbum Finitum, cum alio Finito conjunctum, circumscribitur, ut Gen. 9. ỳ. 10. וַיָּחֶל נֹחַ .... וַיִּטַּע & cœpit Noe .... & plantavit, i. e. cœpit plantare.

254. In simili constructione prius verbum sæpe adverbiascit, maxime Verba שׁוּב reverti, יָסַף addidit, & alia cum Verbis maxime Infinitis constructa, ut Gen. 24. ỳ. 18. וַתְּמַהֵר וַתֹּרֶד Et festinavit, & demisit (i. e. *festinanter* demisit.) Ps. 33. ỳ. 3. הֵיטִיבוּ נַגֵּן benefacite psallere i. e. (*bene* psallite) Ps. 113. ỳ. 5. הַמַּגְבִּיהִי לָשָׁבֶת qui exaltat habitare (i. e. qui *altissime* habitat).

255. Verba Activa plerumque Accusativum admittunt, vel nudum more latinorum, vel interveniente particula אֶת, אֶל, עַל vel alia usu & ex lexicis addiscenda.

256.

256. Idem Verbum ſæpe diverſas particulas poſtulat; ut קָרָא vocavit e. g. אוֹתוֹ vocavit eum, אֵלָיו ad eum, אַחֲרָיו poſt eum.

257. Et Verba Paſſiva Accuſativum cum Particula אֶת admittunt, ut Exod. 10. ℣. 8. וַיּוּשַׁב אֶת מֹשֶׁה & reductus eſt Moſen &c. Attamen τo אֶת Nominativo poſt verba Paſſiva æque probabiliter jungitur.

258. Significantia voluntatem, facultatem, Conſilium, Studium, Infinitivos cum ל regunt, ut Prov. 24. ℣. 1. וְאַל־תִּתְאָו לִהְיוֹת אִתָּם non deſideres eſſe cum illis. Gen. 45. ℣. 1. וְלֹא יָכֹל לְהִתְאַפֵּק Et non potuit ſe continere.

259. Motum per ſe non ſignificantia ejusmodi verba includunt, ſi eorum Præpoſitionibus ſint ſtipata, ut Num. 19. ℣. 2. וְיִקְחוּ אֵלֶיךָ & accipient ad te (ſubintellige & *ducent* ad te) Pſ. 18. ℣. 22. וְלֹא רָשַׁעְתִּי מֵאֱלֹהָי & non impie egi à Deo meo (ſubintellige *recedendo* à Deo meo) ſed dici poteſt, quod ſit Ellipſis verbi.

DE VERBO הָיָה *FUIT.*

260. Verbum הָיָה fuit conſtructum cum ל poſſeſſionem ſignificat, ut Gen. 26. ℣. 14. וַיְהִי לוֹ מִקְנֵה & fuit illi poſſeſſio pecoris i. e. *habebat*, poſſidebat poſſeſſionem. Sæpe omittitur, Pſal. 24. ℣. 1. לַיהוָה הָאָרֶץ Domino terra ſubintellige *eſt*. Cætero-

teroquin Particulæ ל & ב post הָיָה sæpe redundant, ut Gen. 2. ℣. 24. וְהָיוּ לְבָשָׂר אֶחָד & erunt in carnem unam i. e. *una caro.*

DE PARTICULARIBUS PERSONARUM, TEMPORUM, MODORUM &c. PHRASIBUS.

261. Sæpe fit transitus ab una Persona ad aliam, in eodem etiam versu, ut Gen. 49. ℣. 9. מִטֶּרֶף .... עָלִיתָ כָּרַע רָבַץ a præda .... ascendisti, *incurvavit* se, *cubuit* ut leo.

262. Tertia Persona quandoque sumitur impersonaliter, ut Gen. 48. ℣. 1. וַיֹּאמֶר לְיוֹסֵף Et dictum fuit Josepho. Nisi Participium vel alium Nominativum Eg. *dicens aliquis &c.* cum aliis subintelligas. Dan. 9. 24. שָׁבֻעִים שִׁבְעִים נֶחְתַּךְ Hebdomadæ septuaginta *decisum est,* loco decisæ sunt.

263. Præcedentia Tempora sæpe dant significationem subsequentibus, ut Isa. 6. ℣. 2. שְׂרָפִים עֹמְדִים בִּשְׁתַּיִם .... יְכַסֶּה Seraphim stantes (i.e. stabant) ... duabus *velabat,* (non velabit,) quia præcessit Imperfectum *stabant.* Si plures Recti conveniant, Verbum â proximo genus assumit. Num. 12. ℣. 1. וַתְּדַבֵּר מִרְיָם וְאַהֲרֹן & locuta est Maria & Aaron.

264. Si Infinitivum præcedant præpositiones אַחֲרֵי post, לְמַעַן, בַּעֲבוּר propter; per Tempus Finitum exponendus est; ut Gen. 5. ℣. 13. אַחֲרֵי הוֹלִידוֹ post gignere eum i. e. postquam *genuit.*

genuit. Exod. 9. ℣. 16. וּלְמַעַן סַפֵּר & propter narrare i. e. ut *narretur.*

265. Gerundia interdum ponuntur cum Nominativo vel Accusativo & per Subjunctivum resolvuntur, ut Ps. 126. ℣. 1. בְּשׁוּב יְהוָה אֶת־שִׁיבַת צִיּוֹן in convertendo Dominus captivitatem Sion (i. e. *cum converteret &c.*) Participia interdum absolute ponuntur, ut indicent causam præcedentis, ut Amos 5. ℣. 7. הַהֹפְכִים לְלַעֲנָה מִשְׁפָּט vertentes in Absynthium judicium; in præcedente versu ruina fuit intentata, cujus causa datur per versum cit.

266. De reliquo Participia sæpe considerantur ut Nomina, eorumque terminationes, & statum constructum imitantur.

267. Frequens est Enallage Temporum & Modorum, ideo 1º Præteritum usurpatur pro Futuro, ut Mich. 7. ℣. 8. כִּי נָפַלְתִּי קָמְתִּי quia cecidi, *surgam*, pro Præsenti ut Ezech. 13. ℣. 3. וּלְבִלְתִּי רָאוּ & nihil *vident*, & pro Infinitivo.

2º Futurum pro Præterito, ut Jud. 2. ℣. 1. אַעֲלֶה אֶתְכֶם מִמִּצְרַיִם *eduxi* vos de Ægypto; maxime præcedente particula אָז tunc; ut Exod. 15. ℣. 1. אָז יָשִׁיר tunc *cecinit.* Pro præsenti maxime præcedente particula interrogativa, ut Job 1. ℣. 7. מֵאַיִן תָּבוֹא unde *venis?*

3º Pro Imperativo præcipue in præceptis negativis, ut לֹא תִגְנֹב & post particulas אַל ne, לֹא non,

non, פֶּן ne forte, כִּי quoniam, אִם si, אֲשֶׁר qui &c. אַף etiam, לְמַעַן, בַּעֲבוּר propter, loco Imperativi Futurum ponitur.

4º Interdum etiam pro Infinitivo.

5º Imperativus pro Futuro maxime in promiſſionibus; ut Iſa 55. ℣. 2. שִׁמְעוּ וְאִכְלוּ טוֹב audite ··· & comedite (i.e. *comedetis*) bonum.

6º Infinitivus pro Præterito, ut Exod. 8. ℣. 15. וְהַכְבֵּד אֶת־לִבּוֹ & indurare (loco & *induravit*) cor ſuum.

7º Pro Imperativo, ut Pſal. 17. ℣. 5. תָּמֹךְ ſuſtentare (pro ſuſtenta).

8º Pro Futuro, ut Lev. 6. ℣. 14. Juxta Hebr. ℣. 7. וְזֹאת תּוֹרַת הַמִּנְחָה הַקְרֵב אֹתָהּ hæc eſt lex ſacrificii offerre (pro *quod offerent*) filii Aaron. Quandoque pro Participio, ut Pſ. 32. ℣. 9. אֵין הָבִין non *intelligere* (pro non intelligentes) imo & pro Nomine; ut 1 Reg. 8. ℣. 52. בְּכֹל קָרְאָם in omni invocare eos i. e. in omni *oratione* eorum.

CAPUT IV.

DE ADVERBIIS SIVE PARTICULIS.

Conſideranda ſunt Adverbia in communi, Præpoſitiones, Particulæ negandi, ſimilitudinis, dubi-

dubitandi, optandi, interrogandi, Causalis כִּי, *Conditionalis* אִם *aliorumque uti* בְּ, לְ, וְ, הֲ, מִ, תַּחַת, לוּלֵי, מִקֵּץ, אַחַר, עִם, לְמַעַן, אֵת, אֶל, עַל, עַד.

268. Hebræi Adverbia sua per substantivum sæpe exprimunt, modo cum præpositione בְּ vel לְ, ut בְּמִרְמָה in dolo i. e. dolose, לָבֶטַח ad securitatem i. e. *secure*, modo sine præpositione, ut Ps. 9. ṽ. 5. שׁוֹפֵט צֶדֶק judicans justitiam i. e. *juste*. Item interdum per Participium, ut Neh. 8. ṽ. 8. וַיִּקְרְאוּ בַסֵּפֶר .... מְפֹרָשׁ & legerunt in libro .... explanatum i. e. *explanate distincte*, nec non per Verbum. Vid. n. 254.

269. *Præpositiones* per nomina sæpe exprimuntur, ut לִפְנֵי ad facies i. e. *coram, ante*; עַל פְּנֵי *contra*, עַל פִּי לְפִי *juxta*, אַל *ne* interdum negat vel secundum os i. e. *secundum*. Habent Hebræi & Præpositiones compositas, ut Psal. 78. ṽ. 71. מֵאַחַר עָלוֹת de post fœtantes, facitque similem sensum: de loco vel officio, quo solebat ire post fœtantes, accepit eum &c. Interdum una præpositio redundat & plerumque τo מִ.

270. *Particulæ* negandi sunt אַיִן & אֵין non nihil &c. אַל ne, nequaquam, בִּלְתִּי בְּלִי non, sine, præter, לֹא non, פֶּן, ne forte, ne &c. quæ non promiscue usurpantur. Sed 1º אֵין (forma constructa ab אַיִן) præfigitur Nominibus, Participiis, Particulis &

nomi-

nominascenti Infinitivo. Si aliis verbis præponatur, substantivum *sum* subintelligitur; ut Exod. 5. ℣. 16. תֶּבֶן אֵין נִתָּן palea non (i. e. est) data servis tuis &c. Item si affixum habeat, ut אֵינֶנּוּ non ipse subintellige *erat* superstes. 2º אַיִן Solum in fine adhibetur ut אִם אַיִן an non. 3º אַל nè, Futuro jungitur. 4º בַּל Præterito & Futuro, rarius Infinitivo. 5º בְּלִי Præterito, Futuro ac Participio. 6º בִּלְתִּי Præterito ac Participio. 7º לְבִלְתִּי Præteritis, Futuris & plerumque Infinitivis, notatque *ut non*. 8º לֹא omnibus temporibus excepto imperativo. 9º פֶּן ne, ut ne, ne forte, ut non, Futuro. Sæpe Hebræis non est dubitantis sed asserentis & confirmantis, ita sumitur Matth. 11. 23. & sæpe apud Prophetas.

271. Particula negativa præcedens *το* כֹּל omnis, aut אֶחָד unus facit præpositionem universaliter negantem, ut Ps. 147. ℣. 20. לֹא עָשָׂה כֵן לְכָל גּוֹי non fecit taliter omni nationi i. e. *nulli &c.* לֹא אֶחָד i. e. nullus.

272. Sæpe e præcedente membro vel sententia repetenda est, ut Ps. 1. ℣. 5. לֹא יָקוּמוּ רְשָׁעִים בַּמִּשְׁפָּט וְחַטָּאִים בַּעֲדַת צַדִּיקִים non resurgent impii in judicio & (i. e. *non sive neque*) peccatores in consilio justorum.

273. Interdum tantum perfectionem aut qua-

litatem negat, ut 1 Sam. 3. ℣. 2. לֹא יוּכַל לִרְאוֹת non poterat videre (i. e *bene.*)

274. Quandoque etiam pro particula comparativa uſurpatur, ut Gen. 32. ℣. 29. וַיֹּאמֶר לֹא יַעֲקֹב יֵאָמֵר עוֹד שִׁמְךָ כִּי אִם יִשְׂרָאֵל. Et dixit: Non (i. e. *non ſolum*) Jacob dicetur ultra nomen tuum, ſed Iſrael.

275. Subinde redundare videtur, præſertim ſi verbis negantibus aut prohibentibus jungatur.

276. *Particula ſimilitudinis* indicat quidem ex ſua natura ſimilitudinem, ſed & 1° interdum Veritatem, ut Neh. 7. ℣. 2. כִּי־הוּא כְּאִישׁ אֱמֶת quoniam ipſe ſicut vir veritatis. Qualis revera Hananias fuit. 2° Omnimodam paritatem, ut Gen. 18. ℣. 25. כַּצַּדִּיק כָּרָשָׁע ſicut juſtus, ſicut impius (i. e. ſine omni diſcrimine. 3° Conjecturam, ut Joſ. 3. ℣. 4. כְּאַלְפַּיִם circiter duo millia. 4° כֵּן Emphaſim, ut Exod. 1. ℣. 12. כַּאֲשֶׁר יְעַנּוּ ··· כֵּן יִרְבֶּה quemadmodum affligebant, ita multiplicabatur (i. e. *quo plus &c. eo magis &c.* 5° כֵּן Poſt *το* אַחֲרֵי Pronomen, ut אַחֲרֵי כֵן poſt hæc.

277. Interdum per alias particulas exprimitur, 1° per ו, ut Iſa. 53. ℣. 7. וּכְרָחֵל לִפְנֵי גֹזְזֶיהָ נֶאֱלָמָה וְלֹא יִפְתַּח פִּיו. Sicut ovis, coram tondentibus ſe, obmutuit, & (i. e. *ita*) non aperuit os ſuum. 2° Per ל, ut Iſa. 1. ℣. ult. וּפֹעֲלוֹ לְנִיצוֹץ

&

& opus ejus in ſcintillam i. e. *ſicut ſcintilla.* 3º Per עִם, ut Job. 9. ℣. 26. וְיָמַי ···· חָלְפוּ עִם אֳנִיּוֹת dies mei tranſierunt cum navibus i. e. *ſicut* vel *quaſi naves.* Interdum etiam omittitur; præcipue in ſtylo ſublimiori, & comparatione poetica, & interdum conjungitur cum præfixo שׁ. Ut כְּשֶׁהָיָה ſicut fuerat.

278. *Particula dubitandi* difficultatem rei aut emphaſin ſæpe indicat, ut Gen. 3. ℣. 3. פֶּן תְּמֻתוּן ne forte moriamini i. e. *certiſſime* moriemini. Vid. n. 270. אוּלַי *fortaſſis* bene ſperantis potius eſt, quam dubitantis.

279. *Particula optandi* per מִי יִתֵּן *quis dabit &c.* circumſcribitur, ut Exod. 16. ℣. 3. מִי יִתֵּן מוּתֵנוּ quis dabit mortuos nos? i. e. *utinam mortui eſſemus.*

280. *Particula interrogandi* uſurpatur etiam in re clara, & ad excitandum acuendumque audientis animum. Gen. 47. ℣. 19. לָמָּה נָמוּת לְעֵינֶיךָ *cur* moriemur coram te.

281. Quando poſt particulam interrogativam ſequitur אֲשֶׁר vel שֶׁ per *is* vel *ea &c.* exponenda eſt. Eccl. 1. ℣. 9. מַה שֶּׁהָיָה *id,* quod fuit.

282. כִּי *quoniam* ex ſua natura quidem cauſalis eſt, aſt ſumitur etiam 1º Pro *quod,* ut Gen. 1. ℣. 4. וַיַּרְא אֱלֹהִים ··· כִּי טוֹב & vidit Deus ··· *quod bona.* 2º Pro *ſed* ut Pſ. 118. ℣. 17. לֹא אָמוּת כִּי אֶחְיֶה

 non

non moriar, *sed* vivam, (nisi τὸ אִם per Ellipsin abſit, conſequenter כִּי אִם legendum eſſet.) 3º Pro *ut* Job. 6. ℣. 11. מַה־כֹּחִי כִּי אֲיַחֵל quæ fortitudo mea? *ut* ſuſtineam. 4º Pro *tantum*, ut Iſa. 39. ℣. 8. וַיֹּאמֶר כִּי יִהְיֶה שָׁלוֹם & dixit: tantum fiat pax. 5º Pro *quando*, ut Gen. 4. ℣. 12. כִּי תַעֲבוֹד אֶת־הָאֲדָמָה לֹא quando coles terram, non &c. 6º Pro diverſiſſimis aliis, ut pro *an* Gen. 42. ℣. 33. Pro *nonne* Mich. 6. ℣. 4. Pro *nunquid* Iſa. 36. ℣. 19. כִּי Geminatum 1º pro copula *neque neque* Iſa. 30. ℣. 21. 2º Pro disjunctione *vel vel* 1 Reg. 18. ℣. 27. Pro *niſi* 1 Sam. 30. ℣. 27. Pro *donec* Iſ. 16. ℣. 4. Pro *ſi* 2 Reg. ℣. 29. Pro *utinam* Iſa. 39. ℣. 8. &c. &c. Si conjungatur cum אִם Eg. כִּי אִם varia ſignificat: *Antequam*. Gen. 32. ℣. 27. *Certe* Jud. 15. ℣. 7. *Ideo* Iſ. 65. ℣. 18. *Niſi* Gen. 28. ℣. 17. *Non* 1 Sam. 25. ℣, 34. *Præter* 2 Sam. 12. ℣. 3. *Quam* Eccl. 3. ℣. 12. *Quod* Gen. 47. ℣. 18. *Sed* 1 Reg. 18. ℣. 18. *Si* 2 Sam. 3. ℣. 35. *Sicut* 2 Reg. 23. ℣. 23. *Antequam* 2 Sam. 3. ℣. 13.

283. אִם *ſi* ex natura ſua quidem conditionalis eſt, tamen 1º ſæpe Nota interrogationis, ut 2 Reg. 1. ℣. 2. אִם אֶחְיֶה *an* revaleſcam, 2º disjunctionis, ut Gen. 27. ℣. 21. אִם לֹא *ſive* non, 3º jurandi, etſi ſolitarie poſitum ſit, negat; ut Pſ. 95. ℣. ult. אֲשֶׁר נִשְׁבַּעְתִּי בְאַפִּי אִם יְבֹאוּן quod juravi

juravi in ira mea, si (i. e. *non*) introibunt &c. additum τῳ לא affirmat, ut Is. 14. ℣. 24. .... נִשְׁבַּע יְהוָה אִם לֹא כַּאֲשֶׁר דִּמִּיתִי כֵּן הָיָתָה ... Juravit Dominus, si non, sicut cogitavi, ita erit, i. e. certissime ita erit. 4º Subinde & alias est negantis Judic. 5. ℣. 8. אִם יֵרָאֶה מָגֵן Si clypeus videbitur (i. e. *non* videbitur) 5º est admirantis. Item significat *num* Gen. 17. ℣. 17. *Utinam* Ps. 139. ℣. 19. *Quando* Isa. 24. ℣. 13. *Quæso* Exod. 32. ℣. 32. *Quoniam* Ezech. 35. ℣, 6.

284. עַד *donec*, *usque* in Propositionibus affirmativis quandoque significat continuationem, ut Ps. 110. ℣. 2. שֵׁב לִימִינִי עַד אָשִׁית sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos &c. i. e. sede *semper &c.* etiam postquam posuero &c. in negativis vero sæpius *nunquam*, ut Is. 22. ℣. 14. אִם־יְכֻפַּר הֶעָוֹן .... עַד תְּמֻתוּן Si (i. e. *non* vid. n. 283) expiabitur iniquitas donec moriamini i. e. *nunquam* expiabitur. Cæteroquin est particula, in S. Scripturis satis ambigua, veraque ejus significatio non nisi ex substrata materia, contextu, aliisque regulis Hermeneuticis colligenda.

285. עַל *super* sicut frequentissime occurrit, ita variis modis sumitur, ut 1º pro *ad* Mich. 4. ℣. 1, 2º pro *ante* Gen. 30. ℣. 40. 3º pro *pro-*

pe ibid. 19. ℣. 7. 4º pro *contra* Mich. 4. ℣. 11. ac plerumque cum peccatum ejusque pœna dicitur esse עַל super aliquem. 5º *coram* 1 Sam. 21. ℣. 16. præsertim ante פְּנֵים 6º *De* Gen. 41. v. 15. & in Prophetis sæpius. Item significat *juxta*, *versus*, *in*, *ex*, *erga*, *propter*, *Pro*, *cum.*

286. אֶל *ad* ordinarie motum significat. Item significat 1º & *super* ut Jer. 4. v. 3. וְאַל תִּזְרְעוּ אֶל־קֹצִים & ne seratis *super* spinas. 2º *cum* Num. 25. v. 1. אֶל בְּנוֹת מוֹאָב *cum* filiabus Moab. 3º *in* Exod. 25. v. 16. אֶל־הָאָרֹן *in* arca. 4º *contra* Gen. 4. v. 8. אֶל הֶבֶל אָחִיו *contra* Abel fratrem suum. 5º *secus* Job. 29. v. 19. אֱלֵי־מָיִם secus aquas. 6º *de* Jer. 40. v. 16. דֹּבֵר אֶל יִשְׁמָעֵאל loqueris *de* Ismahel. 7º *sub* Gen. 3. v. 16. וְאֶל־אִישֵׁךְ תְּשׁוּקָתֵךְ & *sub* viro tuo desiderium tuum. Item significat *coram*, *erga*, *in*, *intra*, *propter*, *versus*, *usque* &c.

287. אֵת significat primariò *cum*. Significat etiam, 1º *ex* 1 Reg. 18. v. 32. וַיִּבְנֶה אֶת־הָאֲבָנִים מִזְבֵּחַ & ædificavit *ex* lapidibus altare. 2º *per* Gen. 4. v. 1. קָנִיתִי אִישׁ אֶת־יְהוָה possedi virum *per* Deum. 3º *adversus*, *contra* Gen. 14. v. 9. אַרְבָּעָה מְלָכִים אֶת הַחֲמִשָּׁה quatuor reges *contra* quinque. 4º *coram* Gen. 5. v. 24. אֶת הָאֱלֹהִים *coram* Deo. 5º *erga* *apud*, *ab*, *de*, *in*, *inter*, *per*, *præ*, *præter*, *pro*, *prope*, *propter*; *secundum*, *super*, *versus.*

288. לְמַעַן ut, propter, ideo, ita ut; ita, quia. Ex natura sua particula finalis, interdum *eventum* & consequentiam significat. Psal. 51. v. 6. לְךָ לְבַדְּךָ חָטָאתִי לְמַעַן תִּצְדַּק tibi soli peccavi, ut (i. e. *inde secutum est ut*) justificeris. Eodem modo לְ, præfixum Infinitivo, nonnunquam sumitur.

289. עִמַּד עִם *cum* ex sua natura quidem conjunctionem indicat; sed etiam 1º propinquitatem. Gen. 25. v. 11. וַיֵּשֶׁב יִצְחָק עִם־בְּאֵר & habitavit Isaac *juxta* puteum &c. 2º Auxilium Gen. 26. v. 3. גּוּר בָּאָרֶץ הַזֹּאת וְאֶהְיֶה עִמְּךָ peregrinare in terra ista & ero tecum (i. e. auxilio meo) 3º idem ac *a* Job. 27. v. 13. חֵלֶק־אָדָם רָשָׁע עִם־אֵל portio hominis impii *a* Deo. Item significat *ad*, *coram*, *contra*, *erga*, *æque ac*, *in*, *inter*, *nempe*, *præter*, *pro*, *quamdiu*, *sicut*, *sub*, *super*.

290. אַחַר vel אַחֲרֵי post, postquam, subinde pro nomine ponitur, ut 1 Reg. 14. v. 10. וּבִעַרְתִּי אַחֲרֵי בֵית־יָרָבְעָם succidam post domum Jeroboam i. e. *asseclas qui sequuntur* domum &c. alias significat *ad*, *apud*, *imo*, *secundum* &c.

291. מִקֵּץ & מִקְצֵה *post a fine* &c. non semper completum tempus infert, ut 2 Reg. 18. v. 10. מִקֵּץ שָׁלֹשׁ שָׁנִים â fine trium annorum i. e. anno tertio. Vel *circa* finem &c.

292. לוּלֵי nisi, sequente שׁ, reddit constructionem, Latinis plane inusitatam, Psal. 124. v. 1. לוּלֵי יְהוָה שֶׁהָיָה לָנוּ nisi Dominus qui fuit nobis i. e. nisi Dominus fuisset nobiscum.

293. תַּחַת *sub*, *subter* designat etiam 1° *locum* Exod. 16. v. 29. שְׁבוּ אִישׁ תַּחְתָּיו maneat quisque sub se i. e. in loco suo, 2° *propter*, *propterea*, *eo quod* Deut. 4. v. 37. וְתַחַת כִּי אָהַב אֶת אֲבֹתֶיךָ eo quod amavit Patres tuos. 3° *intra* Hab. 3. v. 16. וְתַחְתַּי אֶרְגָּז & *intra* me tremui. Soph. 2. v. 10. תַּחַת גְּאוֹנָם *propter* superbiam eorum; significat & *a*, *ab*, *ad*, *apud*, *deorsum*, *pro*, *in*, *inferius* &c.

294. מִ a, ab, ex, significat 1° *ante*, *antequam* גַּם מִיּוֹם אֲנִי etiam *ante* diem ego (sum) vel *antequam* esset dies. Is. 43. v. 13. 2° *absque* Mich. 3. v. 6. לַיְלָה לָכֶם מֵחָזוֹן nox vobis *absque* visione. 3° *Cum* Is. 57. v. 8. וַתִּכְרָת לָךְ מֵהֶם & percussisti fœdus tibi *cum* eis. 4° *Extra* Lev. 10. v. 7. וּמִפֶּתַח & *extra* ostium. 5° *In* acc. Ezech. 48. v. 29. אֲשֶׁר תַּפִּילוּ מִנַּחֲלָה quam sortiemini in possessionem. 6° *Contra* Deut. 33. v. 7. וְעֵזֶר מִצָּרָיו תִּהְיֶה & auxilium *contra* hostes ejus sis. 7° *Præ super* Job. 35. 11. מִלְּפֵנוּ מִבַּהֲמוֹת אָרֶץ docens nos *præ* bestiis vel *super* bestias (vel etiam *non* bestias) terræ. 8° *Post* Jos. 23. v. 1. מִיָּמִים רַבִּים post multos dies. 9° Præter, excepto 1 Par. 29. v. 3. מִכָּל הֲכִינוֹתִי *præter* omne, (quod) para-

paravi vel *exceptis* iis &c. 10º *Pro* Iſ. 40. v. 17. מֵאֶפֶס *pro* nihilo. 11. *ſecundum* Ezech. 7. v. 27. מִדַּרְכָּם אֶעֱשֶׂה *ſecundum* viam eorum faciam eis &c. 12. *ſub* 2. Par. 31. v. 13. פְּקִידִים מִיַּד כָּנַנְיָהוּ Præfecti (erant) *ſub* manu Choneniæ. Item *ad, verſus, apud, in &c.*

295. ה Præteritis aut Participiis additum exprimit Relativum *qui, quæ quod.* 1 Esd. 10. v. 14. הַהֹשִׁיב נָשִׁים נָכְרִיּוֹת *qui* duxit uxores alienigenas. Pſ. 146. v. 7. הַשֹּׁמֵר אֱמֶת *qui* cuſtodit veritatem.

296. Cæterum הֲ interrogativum an? num? in interrogationibus affirmativis negat. Job. 40. v. 7. הַאַף תָּפֵר מִשְׁפָּטִי numquid irritum facies judicium meum i. e. *non* irritum facies &c. In negativis vero affirmat. Pſ. 54. v. 2. הֲלוֹא דָוִד מִסְתַּתֵּר עִמָּנוּ *Nonne* David ſe abſcondit nobiscum i. e. *certum eſt* Davidem &c. Sæpe interrogativum ה omittitur. Job. 2. v. 10. וְאֶת־הָרָע לֹא נְקַבֵּל & malum *non* ſuſcipiemus i. e. *nonne* & malum &c. In his autem ad contextum attendendum eſt.

297. Interdum etiam ſolum הֲ abſque negatione poſitum certitudinem ſignificat Jer. 31. v. 20. הֲבֵן יַקִּיר לִי אֶפְרַיִם filius pretioſus mihi Ephraim i. e. certo &c.

298. ה Eſt etiam Articulus emphaticus; & ה finale, ſi non ſit paragogicum, motum ſignificat; ut אַרְצָה in terram.

299.

299. וְ *Et* plurimas & diverſiſſimas habet ſignificationes. Significat itaque 1º *disjunctive*, Exod. 21. v. 17. מְקַלֵּל אָבִיו וְאִמּוֹ maledicens patri ſuo & (i. e. *vel*) matri ſuæ. 2º *Cauſaliter*, Jud. 6. v. 14. וְהוֹשַׁעְתָּ אֶת יִשְׂרָאֵל *nam* ſalvabis Iſraël. Ita & Gen. 14. v. 18. וְהוּא כֹהֵן לְאֵל & ipſe ſacerdos i. e. ipſe *enim &c.* datur enim ratio, cur Melchiſedech panem & vinum protulerit. 3º *Finaliter ut &c.* Exod. 5. 1. שַׁלַּח אֶת־עַמִּי וְיָחֹגּוּ dimitte populum meum, *ut* feſta celebrent. 4º *Cum Abl.* 2 Reg. 11. v. 8. אִישׁ וְכֵלָיו בְּיָדוֹ quisque *cum* armis ſuis. 5º *Cum ſubj.* Gen. 7. v. 6. אֲשֶׁר עָזַב יְהוֹשֻׁעַ וַיָּמֹת quas reliquit Joſue *cum* mortuus eſſet. 6º *Autem*, *vero*. Iſa. 29. v. 13. בִּשְׂפָתָיו כִּבְּדוּנִי וְלִבּוֹ רִחַק מִמֶּנִּי labiis ſuis honoraverunt me & cor ejus (i. e. cor *autem* ejus) ſe elongavit â me. 7º *Tunc* 1 Reg. 1. v. 21. וְהָיִיתִי אֲנִי וּבְנִי *tunc* ero ego & filius meus (reus. Item ſignificat *ah*, *alias*, *alioquin*, *an*, *apud*, *atqui*, *donec*, *ecce*, *neque*, *quamvis*, *quomodo*, *ſi*, *ſic*, *unde*, *utinam &c.* ſæpeque redundat.

300. לְ Præter alia de quo vid. n. 141. ſignificat & *a* vel *ab*, 2. Paral. 1. 13. וַיָּבֹא שְׁלֹמֹה לְבָמָה & venit Salomon *ab* excelſo. 2º *Circa* Joſ. 10. v. 27. לְעֵת בּוֹא הַשֶּׁמֶשׁ circa tempus occaſûs ſolis. 3º *Donec*, usque, dum. Iſa. 7. v. 15. לְדַעְתּוֹ מָאוֹס בָּרָע *donec* ſciat ipſe rejicere malum.

4º *In*

4º *In* Acc. & Abl. Joel. 3. v. 4. הַשֶּׁמֶשׁ יֵהָפֵךְ לְחֹשֶׁךְ sol convertetur in caliginem. 1 Sam. 17. v. 46. כִּי יֵשׁ אֱלֹהִים לְיִשְׂרָאֵל quod sit Deus *in* Israel. 5º *Per* Soph. 1. v. 5. הַנִּשְׁבָּעִים לַיהוָה qui jurant per Dominum. 6º *Post*, *postquam*, Exod. 19. v. 1. לְצֵאת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *post* egredi vel postquam egressi sunt filii Isral. 7º *Propter*, ut, super, sub, quia, præter, pro, intra, circum &c.

Interdum redundat, maxime si vocibus indeclinabilibus sit præfixum; & interdum deficit, Psf. 45. v. 7. כִּסְאֲךָ אֱלֹהִים עוֹלָם thronus tuus Deus sæculum &c. (i. e. לְעוֹלָם in sæculum,) aut repetendum est ex præcedenti membro, Gen. 41. v. 12. וַיִּפְתָּר־לָנוּ .... אִישׁ כַּחֲלֹמוֹ & interpretatus est nobis (אִישׁ pro לְאִישׁ) cuilibet juxta somnum suum.

301. בְּ Præter primariam suam significationem *in* cum Ablat. adhuc significat *ad*, *in*, cum Acc. Gen. 31. 33. וַיָּבֹא לָבָן בְּאֹהֶל יַעֲקֹב & venit Laban in tentorium Jacob. 2º *Contra* Gen. 16. v. 12. יָדוֹ בַכֹּל manus ejus *contra* omnes. 3º *Coram*, *in conspectu*, Gen. 23. v. 18. בְּכֹל בָּאֵי שַׁעַר *coram* omnibus ingredientibus portam. 4º *Erga*, *in*, 1 Paral. 29. v. 3. בְּבֵית אֱלֹהַי *erga* domum Dei mei. 5º *De*, *ex*, Lev. 8. v. 32. וְהַנּוֹתָר בַּבָּשָׂר וּבַלָּחֶם & reliquum *ex* carne aut *ex* pane. 6º *Propter* Gen. 18. v. 28. הֲתַשְׁחִית בַּחֲמִשָּׁה delebisne

lebisne propter quinque. 7º *Secundum, juxta* Num. 14. 34. בְּמִסְפַּר הַיָּמִים *secundum* numerum dierum. *Item usque ad, versus, super, sub, quasi, quia, post postquam, per, intra, inter, dum &c.* Interdum & deficit, quod ex contextu colligendum est.

NOTA. In Syntaxi sive Phrasæologia de Phrasibus, quæ afficiunt Nomina, Verba, & Adverbia sive Particulas actum esse cernis; idque ideo, ut Hebraismis his detectis verus S. Fontis, sive etiam Versionum, quas iisdem refertas habemus, eruatur sensus, in eundem finem adhuc addo Figuras Hebræis usitatiores, Generaliores Regulas Hermeneuticas, nec non Notas Rabbinico Masorethicas.

CAPUT V.

DE FIGURIS & REGULIS HERMENEUTICIS.

Considerandæ sunt Figuræ Hendiadys, Ellipsis, Pleonasmus, Exegesis, Hypallage, Hyperbaton, Enallage, Antiphrasis, Zeugma, Anthropopathos, Prolepsis, Hysterologia, & Regulæ Hermeneuticæ.

302. *Hendiadys* (i. e. *Unum per duo*) qua unum

unum in duo dividitur. Gen. 1. v. 14. וְהָיוּ לְאֹתֹת וּלְמוֹעֲדִים & ſint in ſigna & tempora &c. i. e. in ſigna temporum.

303. *Ellipſis* (i. e. Defectus;) qua ſæpe literæ ſerviles, nomina, verba, participia, plures voces, imo & integra membra, quæ ex antecedentibus, conſequentibus aliis locis parallelis, contextu &c. ſupplenda ſunt omittuntur. Num. 14. v. 25. וּסְעוּ ··· הַמִּדְבָּר proficiſcimini *in* deſertum (לְ in הַמִּדְבָּר deeſt) Gen. 18. 11. בָּאִים בַּיָּמִים venerunt in dies (ſubintellige רַבִּים multos) 1 Reg. 14. v. 6. וְאָנֹכִי שָׁלוּחַ אֵלַיִךְ קָשָׁה & ego miſſus ſum ad te durus (i. e. nuntius, vel ut dura annuntiem. Gen. 30. 27. אִם־נָא מָצָאתִי חֵן בְּעֵינֶיךָ ſi quæſo inveni gratiam in oculis tuis) adde maneas adhuc mecum. Vid. n. 229. 259 &c.

304. *Pleonaſmus* (i. e. Redundantia) qua voces quædam ſæpe redundant & tantum ornatûs aut ſupplementi cauſa ponuntur. Cant. 2. v. 13. קוּמִי לָךְ ſurge *tibi*. Prov. 23. v. 15. יִשְׂמַח לִבִּי גַם אָנִי lætabitur cor meum *etiam ego*. In his το tibi, & etiam ego redundant. Vid. 260. &c.

305. *Exegeſis* (i. e. expoſitio) qua in ſubſequenti membro clare exponitur id, quod in præcedenti obſcurius fuit dictum. Gen. 9. v. 4. אַךְ־בָּשָׂר בְּנַפְשׁוֹ דָמוֹ לֹא תֹאכֵלוּ Veruntamen carnem cum anima ejus, ſanguine ejus (i. e. car-

nem

nem cum ſanguine) non comedetis. Exegetice frequenter ſumitur το וְ &, Gen. 11. v. 1. וַיְהִי כָל־הָאָרֶץ שָׂפָה אֶחָד וּדְבָרִים אֲחָדִים Erat autem terra labii unius & (id eſt) ſermonum eorundem.

306. *Hypallage* (i. e. ſubmutatio) qua unum pro altero ſubjicitur, aut cum aliquid præpoſtere effertur. 2 Reg. 5. v. 7. לֶאֱסֹף אִישׁ מִצָּרַעְתּוֹ ad auferendum virum â lepra ſua, i. e. ut auferam lepram â viro.

307. *Hyperbaton* (i. e. tranſgreſſio) eſt ordinis verborum perturbatio. Pſ. 116. v. 14. נְדָרַי לַיהוָה אֲשַׁלֵּם נֶגְדָה־נָּא לְכָל־עַמּוֹ Vota mea Domino reddam coram *nunc* omni populo ejus i. e. *nunc* vota mea reddam coram omni populo ejus.

308. *Enallage* (i. e. immutatio) vel generis, numeri, perſonæ &c. Qua ſcilicet genus maſculinum pro fœminino, pluralis pro ſingulari, præteritum pro futuro, verbum pro nomine &c. uſurpatur, ita viſus pro auditu ſumitur Exod. 20. v. 18. וְכָל־הָעָם רֹאִים אֶת־הַקּוֹלֹת & omnis populus videntes ſive videbant (pro audiebat) tonitrua; alia exempla alibi adducta vide. n. 230. 267. 270 &c.

309. *Antiphraſis* (i. e. contralocutio) quando ſermo per contrarium explicatur. Job 2. v. 9. בָּרֵךְ אֱלֹהִים benedic (i. e. maledic) Deo.

310.

310. *Zeugma* (i. e. connexio ſive adjunctio) qua plures ſenſus uno connectuntur verbo. Pſ. 22. v. 21. הַצִּילָה מֵחֶרֶב נַפְשִׁי מִיַּד כֶּלֶב יְחִידָתִי erue à gladio animam meam, & de manu canis (repete *erue*) unicam meam. Habet hæc figura & locum in ſimilibus Exod. 3. v. 16. אֱלֹהֵי אַבְרָהָם יִצְחָק וְיַעֲקֹב Deus Abraham Iſaac & Jacob i. e. Deus Iſaac, Deus Jacob. Prov. 14. v. 25. מַצִּיל נְפָשׁוֹת עֵד אֱמֶת וְיָפִחַ כְּזָבִים מִרְמָה eruit animas teſtis veritatis & efflat mendacia doli (i. e. teſtis doli) ſed & Ellipſis dici queit.

311. *Anthropopathos*. Quando ſacer textus humano modo de Deo loquitur eique humanas paſſiones, iræ, gaudii, triſtitiæ, &c. aut humana membra, os, oculos &c. attribuit.

312. *Prolepſis* (i. e. Anticipatio) qua rei imponitur nomen, quod diu poſtea inditum eſt, ſic Bala urbs Gen. 14. v. 2. nominatur Segor, quæ modo Gen. 19. 22. ita vocata fuit. Coincidit etiam ex parte cum Figura ſequente.

313. *Hyſterologia* (i. e. Locutio præpoſtera) qua res non eo, quo facta fuit, ordine ſed inverſo narratur, quæ in S. Scriptura ſatis frequenter occurrit. Nominatur hæc Figura ab aliis Hyſteron proteron, Catalepſis. Præter has & aliis figuris & tropis ſcatet, uti ſunt: Synecdoche, Meta-

Metaphora, Metonymia, Antonomaſia, Ironia, Catachreſis Hyperbole &c.

DE REGULIS HERMENEUTICIS.

314. Omnis ſcriptura in ſenſu proprio accipienda eſt, niſi ſequatur abſurdum. S. Aug.

315. *Quidquid in ſermone divino neque ad morum honeſtatem, neque ad fidei veritatem proprie referri poteſt, figuratum eſſe cognoſcas.* Idem. Lib. 3. de doctr. Chriſt. c. 10. *Sic enim dicitur* (Chriſtus) *Vitis per ſimilitudinem, non per proprietatem* Tr. 80. in Joan.

316. Si agatur de ſenſu literali, ſingula verba ſunt explicanda ac rei ſignificatæ applicanda; ſecus in Parabolis, ſimilitudinibus, aut ſi ſermo ſit de ſenſu ſpirituali.

317. *Non eſt in conveniens, ut dicit Aug. lib. 12. Conf. ſi etiam ſecundum literalem ſenſum in una litera S. Scripturæ* I. *Plures ſint ſenſus.* S. Th. 1. p. q. 1. a. 10. Ita multiplex eſt Interpretum expoſitio illius Gen. 1. v. 1. *In Principio &c.* 1ª *In* temporis ſeu ævi *initio.* 2ª Cum *principio* ſcil. temporis ſimul fecit & terram. 3ª Ante omnia creavit &c. 4ª In principio i. e. in Filio ſive per Filium ſuum juxta illud Jo. 8. ego ſum *Principium, qui loquor vobis* ibid. 1. *omnia per Ipſum facta ſunt &c.*

II. Etiam

II. Etiam interdum plures versiones, ut Oseæ 13. v. 14. אֱהִי דְבָרֶיךָ מָוֶת Ero pestis tua mors. LXX. l. c. πῦ ἡ δίκη συ θάνατε, ubi causa tua o mors? ex quibus S. Paulus 1 Cor. 15. v. 55. πῦ συ ἅδη τὸ νῖκος ubi tua inferne victoria? (quod quoad rem idem est.)

III. Et plures lectiones, ita Gen. 47. v. 31. עַל־רֹאשׁ הַמִּטָּה ad caput lecti, LXX. ex iis S. Paulus ad Hebr. 11. 21. ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδυ αὐτῦ fastigium virgæ ejus, quia hebræum legerunt מִטָּה & מַטֶּה i. e. Mitta lectus & Matte virga.

318. Eadem res sæpe est figura diversorum: sic diluvium respectu Noe, per arcam Salvati, est figura justorum, impiorum vero respectu submersorum.

319. A Typo ad Antitypum, Prophetæ non raro transeunt, sic Isaias 7. ℣. 14. â liberatione de excidio, â Rasin intentato, ad nativitatem Emmanuel transit.

320. Philosophia S. Scripturæ adaptanda est.

321. Oriens, Occidens & reliquæ orbis plagæ seu climata assignantur in Scripturis comparatione urbis Jerusalem vel terræ sanctæ; Hagiographi enim erant Judæi, & Judæis scribebant, qui in terra sancta habitabant.

322. Promissiones & comminationes frequenter continent conditionem, ex natura rei, modo proponendi, energia verborum, aut aliis S. Scripturæ locis colligendam. Marc. 16. ℣. 16. *Omnis, qui* crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit, subintellige, si cætera sit servaturus.

323. Nonnunquam in sera etiam posteritate implentur; sic Chanaan, ipsi Abrahæ Gen. 13. promissam, post plusquam 400 annos ejusdem posteri Israelitæ possederunt.

324. Spiritus Sanctus hominibus humano modo sæpe loquitur; ita Gen. 31. ℣. 40. *Diu noctuque æstu urebar & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis.*

325. Et multa prout apparent hominibus. Gen. 1. ℣. 16. *Fecit Deus duo luminaria magna* scil. solem & lunam, quia magna apparent.

326. Non minus ingenio & modo Scriptoris se accomodat, ideo dictans Isaiæ tanquam viro aulico phrasi venusta utitur.

327. Numerus certus pro incerto, & vice versa interdum usurpatur. Gen. 4. v. 15. *Omnis, qui occiderit Cain septuplum* (i. e. multipliciter) *punietur.*

328. Item rotundus pro fracto, ita vulgo dicuntur LXX. Interpretes, licet fuerint LXXII.

329. Si Scriptura alicui novum nomen imponit, non adimit antiquum; ſic Gen. 35. ℣. 10. Jacob nomen *Iſrael* accepit, multoties tamen adhuc *Jacob* vocatur.

330. Viri & Fœminæ ſæpe ſunt Polyonymi, id conſtabit, ſi capita priora 1. *Paralip.* cum Geneſi aliisve libris conferantur.

331. Nomina Propria, ex fonte in aliam linguam translata, vix non penitus corrupta, ſæpe leguntur. Sic Gen. 3. ℣. 20. pro חַוָּה *Chavva* legitur *Eva.*

332. Sacri Scriptores, citantes ex aliis Sacris libris, non tam attendunt ad verba quam ad ſenſum, & nonnunquam ex pluribus libris unum teſtimonium adducunt; ita Matthæus c. 27. ℣. 9. illud de agro figuli ex Jer. 32. & Zach. 11. citaſſe â multis dicitur.

333. Spiritus Sanctus per intervalla lumine ſuo percellebat Prophetas; hinc identidem repetunt: *Hæc dicit Dominus.*

334. Frequens eſt digreſſio, non modo ab una materia ad aliam, & prioris ſubita reſumptio, ſed & â ſenſu literali ad allegoricum & econtra.

335. Scopus eorum eſt Chriſtus; ideo ſi aliquid de re vel perſona creata, eidem difficulter applicabile, dicitur, de Chriſto explicandum

est; ita S. Petrus Act. 2. illud Ps. 15. *Non relinques animam meam in inferno*, de Christo, non de Davide intelligendum esse ostendit.

336. Prophetiæ V. T. pleræque jam sunt impletæ in Christo & Ecclesia; quædam adhuc implendæ sunt in Antichristo & fine mundi, quales sunt de Gog & Magog. Ezech. 38. ℣. 2. Dan. 7. ℣. 25. &c.

337. Denique ad genuinum S. Scripturæ sensum eruendum maxime conducit. 1º Collatio textus cum textu, contextu, libri cum libro, Veteris Testamenti cum Novo & e contra, 2º Codicis cum codice, 3º translationis cum Fonte 4º cum aliis translationibus 5º cum loco, tempore, præsertim scopo Scriptoris 6º cum fide, bonis moribus. 7º cum SS. PP. sententia, communi, vel plurimorum, aut etiam paucorum doctrina & sanctitate celebriorum, 8º cum Conciliis 9º & judicio Ecclesiæ.. Hæc enim est *columna & firmamentum veritatis*... *Et portæ inferi non prævalebunt adversus eam.*

* * * * * * * * * * * * * * * * * * * *

CAPUT VI.

DE NOTIS MASORETHICIS.

NOTA. Masorethæ, Insignes Rabbini, Tiberiadis Scholæ Doctores, floruere probabilius

lius post tempora S. Hieronymi Sæculis V & VI. juxta alios, uti & Calmeto placet, Sæculo IX; Licet Judæi quidam â Moyse, vel alii ab Esdra saltem, opus hoc Masorethicum repetant. Masorethæ ita dicti a voce מָסוֹרָה vel מָסוֹרֶת i. e. Traditio, eo quod sacrorum librorum partitionem, Puncta Vocalia, Accentus aliave puncta, non nisi Traditione derivata, quibus Sacer Fons legendus esset, eidem addiderunt. Secundo præter ea Masorethæ sedulo annotarunt, si quæ literæ in S. Textu superfluerent, si quæ deficerent, an verbum irregulariter descriptum esset? an litera pro litera usurpata, inversa, suspensa? an vocalis pro vocali posita? Et in his notandis tantam erga S. Fontem habuerunt reverentiam, ut ne literam aut punctum, extra ordinem, vel contra regulas positum mutare auderent, sed mysterium potius, quam errorem ibidem latere putasse videantur.

Quocirca si quando variæ lectiones sive menda in S. Textu occurrerint, rectam ejus lectionem seorsim apposuerunt. Verbo tamen minus recto Circello (o) vel etiam Asterisco (*) notato. Quæ Nota קְרִי כְּתִיב nominatur. Itaque, quod in Textu notatum legitur, כְּתִיב i. e. scriptum, quod seorsim ponitur, קְרִי (abbreviate ק׳) i. e. lectum dicitur; sensusque hujus Notæ est: *Ita*

quidem scribitur, sed aliter legitur. Eg. Ps. 22. ℣. 17. כַּאֲרִי in modernis bibliis infra vel in margine כארו ק׳. Hæc Nota dicitur קְרִי כְּתִיב i.e. scribitur quidem כַּאֲרִי, sed legendum est כָּאֲרוּ.

De Vocalibus, Accentibus Dagesch, Mappik aliisque Punctis Masorethicis à n. 2. jam actum fuit. Ne autem aliquid omittatur, quod ad hujus Opusculi perfectionem pertinet, de aliis Notis Masorethicis in hoc capite agendum; ita quidem, ut omissis Mysteriis, quæ Masorethæ latere vane suspicati fuerunt, ex quovis Genere unam alteramve Notam adducam, eamve latine referam, ex quo & reliquæ Philo-Hebræo constabunt.

Sunt autem Notæ, quæ integros libros, aliæ quæ Versus, aliæ, quæ voces, Consonas, Vocales, Accentus, Dagesch, Mappik, afficiunt.

Considerandæ igitur sunt: Notæ, quæ afficiunt libros, Versus, Voces, Consonas Vocales, Dagesch, Mappik.

DE NOTIS QUÆ AFFICIUNT LIBROS.

338. פ vel ס in חומש i.e. Pentateucho sunt Signa פרשיות i.e. Sectionum; פ פ פ Gen. 6. post versum 8. & alibi, & ס ס ס Gen. 18. post versum 9 & alibi sunt Signa Sectionum majorum; Unum פ vel ס minorum, in quas majores divisæ sunt.

ſunt. Paraſchas ſive Sectiones minores vid. Gen. 1. ℣. 6, 9, 14. & alibi. Porro פ (abbreviatura τϰ פתוחה i. e. aperta) ſive unum, ſive tria, ſunt Signa Paraſcharum, i. e. Sectionum ſed apertarum; & ס (abbreviatura τϰ סתומה i. e. clauſa) iterum ſive ſit ſimplex, ſive triplex, eſt ſignum Paraſcharum i. e. Sectionum ſed clauſarum. פרש׳ פתוחה i. e. Sectio aperta. Dicitur ideo aperta, quia ſaltem olim ibi ſpatium manſit apertum, & פרשה סתימה i. e. Sectio clauſa, dicitur clauſa, quia nullum relinquebatur ſpatium.

339. Quævis Paraſcha ſive Sectio nomen ſuum accipit â prima voce, â qua incipit; ſic prima Paraſcha Pentateuchi nominatur בְּרֵאשִׁית, ſecunda אֵלֶּה תּוֹלְדוֹת, & ſic de aliis.

340. Pentateuchus autem, (qui Judæis חומש, ſive etiam תּוֹרָה Lex dicitur) in 54 ſimiles Paraſchas majores eſt diviſus, ut ita, legendo quovis Sabbatho in Synagoga unam Paraſcham, totus Pentateuchus quolibet anno abſolveretur.

Sunt quidem 54. ſed ita diviſio facta fuit propter annum intercalarem, qui tredecim menſes lunares habet. Anno vero vulgari bis duæ Paraſchæ breviſſimæ conjunctim leguntur.

341. τo חצי הספר Pſ. 78. ℣. 36. lege חֲצִי הַסֵּפֶר i. e. Medium libri ſcil. Pſalmorum. Idem vid. Lev. 8. v. 8.

342.

342. ס"ו חזק post finem Josue & alibi lege חֲזַק. *sis fortis* in legendo hunc librum vel in servandis iis, quæ in hoc libro continentur.

343. ס"ו חזק ונתחזק post Isaiam & alibi lege 2 Sam. 10. ℣. 12. חֲזַק וְנִתְחַזֵּק *confirmare & confirmemus nos.*

344. ס"ו סימן יתקק post 12 Prophetas minores, Lamentationes Jeremiæ, Ecclesiasten denotat in 4 Libris scil. in ישעיה Isaia, תרי עשר 12 Prophetis minoribus, קינות Lamentationibus, & קהלת Ecclesiaste post ultimum horum librorum versum repeti penultimum, idque forte ad imprimendam majorem attentionem, vel ob aliam similem rationem.

345. In fine librorum adduntur Summa Versuum, Sectionum, Apertarum, Clausarum, Medium libri &c. omnia cum suis Symbolis sive signis memorialibus. In exemplum adduco sequentia, fini libri Geneseos apposita:

mille Bereschit Libri versuum Summa 346.
סכום פסוקי דספר בראשית אלף
quatuor & triginta & centum quinque &
וחמש מאות ושלשים וארבעה.
ejus medium & *Signum 4. .30. 500. 1000.
(א"ך ל"ד) סימן: וחציו
in &

* i. e. istæ 4. literæ; quæ faciunt juxta n. 1. 1534, sunt Signum hujus Summæ.

4 literæ & *vives. tuo gladio in &
ועל חרבך תחיה: ואותיות ד'
quinque & nonaginta & centum tria & millia
אלפים ושלש מאות ותשעים והמשה
in meum nomen hoc 5-7 2-10 ejus ſectiones &
ופרשיותיו (י"ב זה) שמי
40 3 3 40 ejus ordines & Signum. æternum
לעלם סימן: וסדריו (מ"ג. ג"ם)
ejus capita & Signum erit ** benedictus etiam
ברוך יהיה סימן: ופרקיו
exſpectavimus. *** te noſtri miſerere Domine 50
(נ') יי' חננו (לך) קוינו
quadrag. & tres, apertarum, Numerus Signum.
סימן: מניין הפתוחות (שלשה וארבעים)
Univerſim. quadraginta & octo clauſarum &,
והסתומות (שמנה וארבעים.) תכל
omnis, & tu Exi ſectiones. una & nonaginta
(תשעים ואחת פרשיות צא) אתה וכל
Signum. **** tuis pedibus in qui, populus
העם אשר ברגליך. סימון:

Ex his easdem ferme Notas, in fine cujuslibet libri apponi ſolitas, reſolvere poteris.

NOTA. Numeri Sectionum, Verſuum &c. diverſimode exprimuntur; 1º per integras vo-

 ces,

* Gen. 27. ℣. 40. ** Gen. 27. ℣. 33
*** Pſal. 33. ℣. 2. **** Exod. 11. ℣. 8.

ces, ut סכום פסוקי .... אלף וגו Summa Verſuum .... mille &c. 2º Per literas: ut ופרשיותיו י״ב Et ſectiones ejus 12. 3º Per Symbola, i. e. Verſus ex S. Scriptura adducitur, & vox, cujus literæ efficiunt numerum, Parentheſi, incluſam vides, ut in illo Exod. 11. ℣. 8. (צא) אתה וכל τо (צא) indicat numerum ſcil. 91. Vid. n. 1. In Bibliis autem literis majoribus impreſſa eſt.

DE NOTIS, QUÆ AFFICIUNT VERSUS ET VOCES.

347. Inveniuntur autem Notæ ſequentes, ut plurimum Circello indicatæ: (o) Circellus Gen. 35. ℣. 22. ad marg. vel infra פסקא באמצע פסוק i. e. *defectus in medio verſus* qui ſupplendus eſt. Ita adhuc notati ſunt Verſus 27.

348. לָכֶם Jer. 14. ℣. 14. infra בן נמצא. בספרים מדויקים i. e. Ita inveniri vel inventum eſt in libris correctis.

349. τо יְהוּדָה Gen. 49. ℣. 8. *infra* בראש עמוד סימן (בי״ה שמ״ו) *in principio columnæ* Signum ſcil. memoriale ſunt literæ בי״ה שמ״ו i. e. τо יְהוּדָה ab initio columnæ ponendum eſt; Similiter τо בראשית Gen. 1. ℣. 1. הבאים Exod. 14. ℣. 28. שני Lev. 16. ℣. 8. מה Num. 24. ℣. 5. ואעידה Deut. 31. ℣. 28. Quæ ſex recenſitæ voces primis ſuis literis in hoc ſigno memoriali (בי״ה שמ״ו) contentis ſignificantur.

350.

350. τo וַיִּשָּׁקֵהוּ Gen. 33. ℣. 4. *infra* נקוד על וישקהו i. e punctum est supra τo וישקהו. Iisdem Notis Symbolicis Masorethæ adhuc 14. voces notarunt, & per illa præcipue puncta mysteria latere voluerunt; Eg. in præsenti, quod Esau Fratrem accesserit animo mordendi, non osculandi. Sed hæc & alia vana esse videntur.

351. דָּרַשׁ Lev. 10. ℣. 16. *infra* דרש בראש שיטה והיא חצי התורה בתיבות i. e. τo דרש in principio lineæ, & ipsum est medium Legis (*scil. Pentateuchi*) quoad voces.

352. אֲדֹנָי Gen. 18. ℣. 3. *infra* קדש sanctum (scil. *Nomen Dei*) est: vid. & Gen. 20. ℣. 13.

353. אֲדֹנָי Gen. 19. ℣. 2. *infra* חול profanum (scil. *nomen*) non *divinum* i. e. in præcedenti num. agit de Deo, in præsenti de creatura vel de Angelo, quem hominem esse (Loth scil. l. c.) judicavit.

354. τo הַל יְהוָה Deut. 32. ℣. 6. *infra* הל לחוד יי לחוד i. e. τo לה *seorsim*, & τo *יי *seorsim* ponitur, cum legendum esset conjunctim הליהוה.

355. τo שׁוֹשַׁן* 1 Reg. c. 7. ℣. 22. (*secundum Fontem Hebr.*) & ℣. 26. *infra* כצ"ל i. e. Sic debet

* יי Est Abbreviatio & idem est ac יהוה.

bet esse. scil. hanc vocem, asterisco notatam, non casu, sed instinctu Spiritus Sancti esse positam. Not. tres literæ כצ"ל sunt hæ voces abbreviatæ: כן צריך להיות i. e. sic debet esse.

356. בגר° Gen. 30. ℣. 11. *infra* בא גד קרי i. e. το בגר dividendum, & בָּא גָד legendum est.

357. το מִבֶּן־יְמִין° 1 Sam. 9. ℣. 1. *infra* מבנימין ק' i. e. מבנימין conjunctim & sine Makkaph est legendum.

358. το עֲפֹלִים 1 Sam. 5. ℣. 9. *infra* טחרים קרי i. e. loco עפלים legendum est טחרים.

N. עֲפֹלִים obscœniorem corporis inferioris partem proprie significat, per Metonomiam hæmorrhoides; ideo verbum proprium & magis honestum scilicet טְחֹרִים â Masorethis substitutum est.

DE NOTIS QUÆ AFFICIUNT CONSONAS.

359. Iterum Circello vel asterisco notantur, uti το מֵחֲטוֹ° Gen. 20. ℣. 6. *infra* חסר א' i. e. deficit א (scil. deberet legi מחטאו) & alibi loco חסר habetur abbreviatio חס'.

360. το צָיִדָה° Gen. 27. ℣. 3. *infra* יתירה ה' i. e. *superfluum est* το ה. Legendum enim est: צָיִד.

361. το אחד° & שמע° Deut. 6. ℣. 4. *infra* ד' & ע' רבותי magnum (scil. quod istæ literæ contra regulas Grammatices sint aliis literis majo-

majores; forte ad parandam majorem attentionem.

362. *το* אָדָם Prov. 28. ℣. 17. *infra* ד׳ זעירא i. e. *το* ד *est parvum* vel contra regulas Grammatices litera minor aliis. Idque forte ideo minor, ad indicandam rei vel hominis, de quo est sermo, vilitatem. Sed hæc iterum Rabbinica sunt.

363. *το* מְנַשֶּׁה Jud. 18. ℣. 30. *infra* נ תלוי i. e. Nun suspensum simile vide Ps. 80. ℣. 14. &c.

364. *το* בִּנְסֹעַ Num. 10. ℣. 35. *infra* נון הפוכה i. e. Nun inversum.

365. *το* שָׁלוֹם Num. 25. ℣. 12. *infra* ואו קטיעא i. e. *Vau est succisum* Ut nimirum juxta Rabbinos legi possit & שָׁלוֹם pacis, & שָׁלֵם perfectum; & sic sensus quod Deus l. c. non tantum fœdus pacis sed fœdus perfectum dederit.

366. *το* הלה Deut. 3. ℣. 11. *infra* כתיב בהא i. e. scriptum cum ה scil. loco א.

367. Similiter יְמַלֵּה Job. 8. ℣. 21. *infra* ה׳ במקם א׳ i. e. *το* ה est in loco א, deberet enim legi יְמַלֵּא.

368. לְמַרְבֵּה Isa 9. ℣. 6. *infra* ם סתומה באמצע תיבה i. e. Mem clausum (scil. finale) in medio vocis. Vice versa.

369. אֲשֶׁר־הֵם Neh. 2. ℣. 13. *infra* מ פתוחה בסוף תיבה i. e. Mem. apertum (ſive non finale) in fine vocis.

370. το לֹו 1 Sam. 2. ℣. 16. *infra* לא סביר i. e. putatur legendum eſſe לֹא *non*. Hæc Nota adhibetur, quando ex ſufficiente ratione aliter legendum eſſe videtur.

371. το וָאַרְבֶּ Joſ. 24. ℣. 3. *infra* i. e. וארבה קרי i. e. וָאַרְבֶּה legendum eſt. το וַיֹּאמְרוּ Joſ. 6. ℣. 7. *infra* ויאמר קרי i. e. וַיֹּאמֶר eſt legendum.

το הָיִתָה מוֹצִיא 2 Sam. 5. v. 2. *infra* המוציא ק' i. e. הָיִיתָ הַמּוֹצִיא legendum eſt.

372. נָא 2 Reg. 5. ℣. 18. *infra* נא כתיב ולא ק' i. e. το נא ſcriptum eſt, ſed non legendum (ſcil. quia caret vocali ſua.)

373. το (ֵ ֑ ִ) Judic. 20. ℣. 13. *infra* בני קרי ולא כתיב i. e. בְּנֵי legendum eſt, aſt non ſcriptum eſt (niſi, ut vides, ſolummodo adſunt Vocales cum Accentu.

DE NOTIS, QUÆ AFFICIUNT LITERAS. CONSONAS & VOCALES item ACCENTUS & RELIQUA PUNCTA.

374. το לַאֲדֹנֵי Pſal. 136. ℣. 3. *infra* א' נעה i. e. το א hic eſt mobile per Chateph-patach, cum alias ut plurimum quieſcat.

375. το וְאַעֲנֶה 1 Reg. 11. ℣. 39. Et affligam, *infra* הא׳ נחה i. e. το א est quiescens, cum deberet pronuntiari, & legi וָאֲעַנֶּה.

376. רָב Jos. 11. ℣. 4. *infra* חר׳ בקמץ i. e. το ר est cum ָ, cum ordinaria ejus vocalis sit (ַ).

377. το שָׁאַתָּה Judic. 6. ℣. 17. *infra* חש׳ בקמץ i. e. illud ש est cum (ָ) cum ordinaria vocalis sit (ֶ).

το Similia exempla vide. 1 Sam. 7. ℣. 17. Ezech. 13. ℣. 11. & alibi.

378. το מֶנִּי Isa 30. ℣. 11. *infra* ב׳ נ׳ בצרי i. e. duo illa נ (scil. נּ geminatum per Dagesch) sunt cum (ֵ), cum legendum esset מִן vel מִנִּי cum Chirik.

379. το וּמִרְגְּזָךְ Isa 14. ℣. 3. *infra* ב׳ הממים בחירק i. e. duo מ cum Chirick pro (ֵ).

380. το אֶשֳּׁקָה 1 Reg. 19. ℣. 20. osculer. *infra* חש׳ בח׳ ק׳ i. e. Hoc ש cum Chateph-kametz pro (ְ) Nota חָטֵף קָמֵץ (ֳ) abbreviate scribitur per ק׳ & ח׳.

381. το וַיִּגַּשׁ׃ Judic. 6. ℣. 19. & accessit *infra* abbreviate פתח בס׳ פ i. e. Patach cum Soph Pasuk pro (ָ). Similia vide Jud. 1. ℣. 30, 33, 35. & alibi.

382. το הָאֶחָד 1 Reg. 7. ℣. 18. *infra* קמץ ברביע i. e. Kametz cum accentu Refia pro (ַ). Similia vide Jof. 5. ℣. 14. c. 8. ℣. 1. & alibi.

N. Hæc annotatio fit ideo, quia accentus diftinctivi minores uti Sakeph, Refia, vocales fuas breves non femper mutant in fimiles longas. Vid. n. 165.

383. το יְרוּשָׁלָיִם Pfal. 137. v. 5. *infra* קמץ בלא אס"ף i. e. Kametz (pro ַ) fine Athnach & Soph-Pafuk. Sive (ַ) mutatum eft in (ָ), licet non adfit accentus diftinctivus Athnach vel Soph-Pafuk.

384. קָרְבוּ Lev. 10. ℣. 4. *infra* בטעמ' הקורא יטעים הגרש קודם התרסא i. e. duo adfunt accentus, Lector pronuntiabit hoc Gerefch ante Tarfa (i. e. *Telifcha.*) Judæi enim per accentum *Tarfa* intelligunt accentum Telifcha.

385. סוּרָה Jud. 4. 18. *infra* מלרע i. *eft Milra*, regulariter autem debet effe Milhel.

נוֹתַר 2 Sam. 17. 12. *infra* מלעיל i. e. eft Milhel, cum deberet effe Milra.

386. שָׁבוּ 2 Reg. 17. ℣. 13. *infra* ב' טעמין במלה א' i. e. duo ac-centus in dictione una.

387. הַיּוּלָּד Jud. 13. 8. *infra* הל' ברגש i. e. hoc ל eft cum Dagefch, fed irregulariter cum præ-

præcedat vocalis longa. Alii ita notant דגש אחר ת' ג' i. e. Dageſch poſt vocalem magnam, ſive longam.

N. ת' ג' Sunt abbreviaturæ, ſignificant idem ac תְּנוּעָה גְּדוֹלָה i. e. motio magna, ſive Vocalis magna, aut longa.

388. מוּסָּד Iſa. 28. 16. *infra* דגש אחר שורק i. e. Dageſch poſt Schureck.

389. רָּע Jer. 39. 12. *infra* הר' דגושה i. e. hoc ר eſt Dageſchatum. Utique irregulariter, cum ר Dageſch ordinarie recipere nequeat.

390. וַתְּאַלְצֵהוּ Jud. 16. ℣. 16. *infra* הל' רפה i. e. hoc ל eſt lene, cum careat ſuo Dageſch-forti.

391. עֲצָבָהּ *infra* לא מפיק ה' i. e. ה non eſt Mappikatum.

τo ה enim in hac voce ſignificans *eam* debet habere Mappik.



I PARS

PARS III.

EXERCITATIO SIVE APPLICATIO REGULARUM, IN QUA SIMUL DOGMATA SIVE MYSTERIA NOVÆ LEGIS CONTRA JUDÆOS PROBANTUR.

NOTA. Tria cum potissimum, Judæis expugnandis, demonstranda sint: I. SSS. Trinitatis Mysterium, II. Incarnationis, III. Abrogatio Veteris, & substitutio Novæ Legis; Pro his per tria distincta capita Textus ex Fonte Hebræo adduco, eaque paucis ostendo; plura enim dabit explicatio.

Caput I.

DE MYSTERIO SSS. TRINITATIS.

Demonstranda hic sunt: *Unitas naturæ Divinæ, Pluralitas Personarum, & quidem earum Trinitas, scil. Pater, Filius, & Spiritus S.*

UNITAS NATURÆ DIVINÆ.

Elohénu Jehová Iisrael Schema 1.

שְׁמַע (6.7.12.) יִשְׂרָאֵל (13.14.20.) יְהוָה אֱלֹהֵינוּ

Echád Jehová

יְהוָה (15. 13.) אֶחָד

Audi Israel! Dominus Deus noster, Dominus Unus. Deut. 6. ℣. 4.

2. Reu

hu ani ani ki atta Reu 2.

רְאוּ (6) עַתָּה (10. 13.) כִּי (5) אֲנִי אֲנִי הוּא

immadi Elohim Veen

וְאֵין (5) אֱלֹהִים עִמָּדִי (10)

Videte nunc! quod Ego Ego Ipse (*sum*) & non (*sunt*) Dii mecum. Deut. 32. 39.

UNITAS NATURÆ & PLURALITAS PERSONARUM.

Elohím bará Bereschít 3.

בְּרֵאשִׁית (9) בָּרָא אֱלֹהִים (20. 33.)

haáretz veeth hascschamájim eth

אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת (8) הָאָרֶץ

In Principio creavit *Dii* (i. e. *Divini*) cœlum & terram. Gen. 1. ℣. 1. Verbum cum sit in Singulari, Nomen in Plurali, præcipue si sequentia considerentur, mysterium Unitatis Naturæ & Pluralitatis Personarum latere necesse est.

betzalménu Adám naasæ Elohím Vajjómer 4.

וַיֹּאמֶר (10) אֱלֹהִים נַעֲשֶׂה (9) אָדָם בְּצַלְמֵנוּ (7)

betzálmo haadam æth Elohim vajjibra kidmuthénu

כִּדְמוּתֵנוּ וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת־הָאָדָם בְּצַלְמוֹ

otho. bará Elohím betzælæm

בְּצֶלֶם (13. 14.) אֱלֹהִים בָּרָא אֹתוֹ

Et dixit *Dii faciamus* hominem ad imaginem *Nostram* secundum similitudinem *Nostram* .... Et creavit *Dii* sive *Divini* hominem ad imagi-

nem Suam, ad imaginem *Deorum*sive *Divinorum* creavit eum. Gen. 1. 26. &c.

En quam clare hic revelata sit Pluralitas Personarum & naturæ Divinæ unitas! Colloquuntur inter se Personæ Divinæ: *Faciamus* ... ad imaginem *nostram* ... Et Versu sequente... Et *creavit* ... ad imaginem *suam*.

Ne dicas ad illud Gen. 1. 1. בָּרָא אֱלֹהִים creavit Dii, esse Enallagen numeri.

Equidem fateor, Fontem Hebræum (sicut & Vulgatam nostram) similibus phrasibus & figuris esse refertum. Ast nullum certo exemplum adduci poterit, ubi circa idem similis figura ut plurimum adhibeatur. Quando autem sit sermo de Deo, vix non per totum Fontem Hebræum *το* Elohim in Plurali construitur cum Verbo in Singulari, ergo latet Mysterium.

His igitur â n. 2. rite consideratis sequentia sine (י) Epenthico per Plurale reddi possunt:

boreæcha æth Segor 5.

(5) אֶת־בּוֹרְאֶיךָ (22) זְכֹר

Memento *creatorum tuorum*. Eccl. 12. 1.

beosáv Iisraél Iischmách

יִשְׂמַח יִשְׂרָאֵל בְּעֹשָׂיו

Lætetur Israel in *Factoribus suis*. Ps. 149. 2.

Jehová osájich

עֹשַׂיִךְ יְהוָה

Factores tui Jehova Is. 54. 5. En

En Spiritus S. tres iſtos Factores mire comprehendit Vers. 6. Pſ. 33.

TRINITAS PERSONARUM.

naaſu Schammájim Jehova bidhbár 6.

בִּדְבַר (9.7.) יְהֹוָה שָׁמַיִם (10) נַעֲשׂוּ

tzebhaam - kol Piv ubhruach

וּבְרוּחַ (25) פִּיו כָּל־צְבָאָם (10)

In *Verbo* (i. e. Filio) *Domini* (i. e. *Patris*) cœli facti ſunt, & in *Spiritu* (i. e. Sancto) *oris ejus* (i. e. *Patris Filiique*) omnis exercitus eorum.

Bene igitur explicat S. Aug. Illud Gen. 1. ✝. 1. In *Principio* (i. e. Filio) creavit Deus (i. e. Pater.)

hammájim pene al Merachæphæth Veruach Elohim 7.

אֱלֹהִים וְרוּחַ מְרַחֶפֶת עַל פְּנֵי הַמָּיִם

Et Spiritus Dei (i. e. Sanctus) motabat ſuper facies aquarum.

Audi & ipſos Seraphim:

Zebaoth Jehovah Kadoſch Kadoſch Kadoſch 8.

קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ יְהֹוָה צְבָאוֹת (42)

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus exercituum Iſ. 6. 3. Ita Seraphim coram Deo Triuno clamabant.

Et Iſaias audivit 3. Perſonas loquentes ✝. 8.

lanu jelæch umi æſchlach mi æth 9.

אֶת־מִי אֶשְׁלַח וּמִי יֵלֶךְ־לָנוּ

Quem *mittam* & quis ibit nobis? Attende quot verba, tot Myſteria; Quem *mittam*? en *Unitas*: Quis ibit *nobis*? en *Pluralitas*: Sanctus Sanctus Sanctus Jehova &c. en *Unitas*, *Pluralitas* & *Trinitas*.

Quod in Divinis dentur Pater, Filius, Spiritus S. pari cum claritate evincunt ſequentia:

PATER.

jeſchuathi vetzur eli atta abhi Jikraenu hu 11.

הוּא יִקְרָאֵנִי אָבִי אַתָּה אֵלִי וְצוּר יְשׁוּעָתִי׃

Ipſe invocabit me, *Pater meus es tu*, Deus meus & fortitudo ſalutis meæ. Pſ. 89. ℣. 27.

FILIUS.

jelidhticha hajjom atta beni elai amar Jehovah 10.

יְהֹוָה אָמַר אֵלַי (4) בְּנִי אַתָּה הַיּוֹם יְלִדְתִּיךָ

Dominus dixit ad me *Filius meus* (*es*) *Tu*, hodie (i. e. *in hodie æternitatis*) Genui te (Ecce Genitus & Genitor) Pſ. 2. ℣. 7.

12. מַה־שְּׁמוֹ וּמַה־שֶּׁם־בְּנוֹ כִּי תֵדָע׃

Quod nomen ejus? (*Creatoris* & *Gubernatoris*) & quod nomen *Filii ejus*? ſi noſti? Prov. 30. ℣. 4.

SPIRITUS S.

13. רוּחַ יְהֹוָה דִּבֶּר בִּי וּמִלָּתוֹ (115) עַל־לְשׁוֹנִי׃ (122)

Spiritus Domini locutus eſt per me, & ſermo ejus ſuper linguam meam. 2 Sam. 23. 2.

14.

14. וְהָיָה (140) אַחֲרֵי־כֵן אֶשְׁפּוֹךְ־רוּחִי (122) עַל־כָּל־בָּשָׂר וְנִבְּאוּ בְּנֵיכֶם (122) וּבְנֹתֵיכֶם (122) זִקְנֵיכֶם חֲלֹמוֹת (34) יַחֲלֹמוּן (145) בַּחוּרֵיכֶם חֶזְיֹנוֹת (34) יִרְאוּ׃ וְגַם עַל־הָעֲבָדִים (33) וְעַל־הַשְּׁפָחוֹת בַּיָּמִים (33) הָהֵמָּה אֶשְׁפּוֹךְ אֶת־רוּחִי

Et erit poſt hæc effundam SPIRITUM MEUM ſuper omnem carnem, & Prophetabunt filii veſtri, & filiæ veſtræ; Senes veſtri ſomnia ſomniabunt, juvenes veſtri viſiones videbunt, & etiam ſuper ſervos & ſuper ancillas in diebus illis effundam SPIRITUM MEUM. Joel. 2. ℣. 28. Act. 2. ℣. 16 &c.

15. אֲנִי יְהוָה בְּעִתָּהּ אֲחִישֶׁנָּה׃ (125) רוּחַ אֲדֹנָי יֱהוִה עָלָי יַעַן מָשַׁח יְהוָה אֹתִי לְבַשֵּׂר עֲנָוִים שְׁלָחַנִי (125)

Ego JEHOVA in tempore faciam accelerare illud. Iſa. 60. ℣. ult. *Idem autem Deus proſequitur:* SPIRITUS Domini JEHOVA ſuper me, eoquod unxit *Jehova* me, ad annuntiandum manſuetis miſit me.

Ex hoc Inf. I. Ergo Datur Spiritus S., qui eſt Deus; in Hebræo enim, ut vides, legitur *Spiritus Dominus Jehovæ* vel. *Spiritus Deus Dei* ſuper me. Imo unxit JEHOVA i. e. DEUS, utique Spiritus S., cujus eſt donis ſuis ungere, Adverte; I. Præter iſtum Jehovam Spiritum nominantur adhuc duo JEHOVA i. e. DEUS (Jehova

enim eſt nomen, ſoli Deo proprium) Unus ỷ. ult. cap. præced. qui de ſe dicit Ego JEHOVA &c. & ỷ. 1. cap. 61. ait: Spiritus &c. ſuper me. Alius autem per obliquum יֱהֹוִה exprimitur.

Inf. igitur II. Ergo tres ſunt, qui ſunt & nominantur JEHOVA SIVE DEUS.

Adverte II. Iſti Tres ſunt inter ſe diſtincti; Unus enim ungit, Alter ungitur; Unus mittit alter mittitur; & Unus eſt Spiritus Alterius.

Iterum Trium inter ſe diſtinctorum, qui nominantur Deus, fit mentio. Iſa 48. ỷ. 16. וְעַתָּה אֲדֹנָי יְהֹוִה שְׁלָחַנִי וְרוּחוֹ Et nunc Dominus Jehova miſit Me & Spiritus ejus.

Quod autem (ut evitetur objectio Judæorum) hic loquatur Deus, conſtat ex toto ferme capite, præcipue ex VV 9, 10, 11, 12, 13. אֲנִי הוּא אֲנִי רִאשׁוֹן אַף אֲנִי אַחֲרוֹן אַף־יָדִי יָסְדָה אֶרֶץ וִימִינִי טִפְּחָה שָׁמָיִם קֹרֵא אֲלֵיהֶם יַעַמְדוּ יַחְדָּיו Ego Ipſe, Ego Primus, etiam ego Noviſſimus, etiam manus mea fundavit terram, & dextra mea palmo menſa eſt cœlos: voco ad eos, ſtabunt ſimul.

Advert: iterum ỷ. 16. Unus dicitur mittens, Alter miſſus, Tertius Spiritus Mittentis, Mittens dicitur Jehova, Miſſus ỷ. 12. &. 13. Primus & Noviſſimus, qui fundavit terram, quod idem

idem eſt ac Deus, Spiritus mittentis Dei debet eſſe ejusdem eſſentiæ, uti adhuc patet ex aliis locis pro divinitate Spiritus S. adductis, ergo Tres ſunt diſtinctæ Perſonæ in Deitate, quæ ſunt unus Deus.

Pater Filius & Spiritus S. & *hi tres unum ſunt:* uti non obſcure revelatur ex illo Deut. 6. ℣. 4. Audi Iſrael &c. Ubi præter unitatem & ter Nomen Dei refertur. Et ex locis ſuprà citatis.

✠ ✠

CAPUT II.

DE MESSIA.
SIVE VERBI INCARNATI MYSTERIIS.

Demonſtranda ſunt Judæis ſequentia: Meſſias promiſſus, non ſolis Judæis, ſed & Gentibus, Ejus Characteres, Mater, Finis, Conditio primi Adventus, Paſſio, Mors, & quidem Crucis, Sepultura, Reſurrectio, Glorioſa in Cœlum aſcenſio, Miſſio Spiritus S.

PROMISSIO MESSIÆ.

16. וְאֵיבָה אָשִׁית (86) בֵּינְךָ. וּבֵין הָאִשָּׁה וּבֵין זַרְעֲךָ וּבֵין זַרְעָהּ (125) הוּא יְשׁוּפְךָ (125) רֹאשׁ וְאַתָּה תְּשׁוּפֶנּוּ עָקֵב׃

Et inimicitiam ponam inter te & inter Mulierem, inter Semen tuum & Semen Ejus

(*En Messias*) Ipsum conteret tibi caput, & tu conteres Ei calcaneum. Gen. 3. ℣. 15.

17. נָבִיא מִקִּרְבְּךָ מֵאַחֶיךָ כָּמֹנִי יָקִים (86) לְךָ
יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֵלָיו תִּשְׁמָעוּן (145) .

Prophetam de medio tui e fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus, Illum audietis. Deut. 18. ℣. 15. Act. 3. ℣. 22 & 7. ℣. 37. Jo. 5. v. 46.

PROMISSIO MESSIÆ ETIAM GENTIBUS FACTA FUIT. I. PER ABRAHAM.

18. וְהִתְבָּרְכוּ (249) בְזַרְעֲךָ כֹּל גּוֹיֵי הָאָרֶץ (169)

Et benedicentur in SEMINE TUO (Qui Meſſias eſt) omnes gentes terræ. Gen. 22. ℣. 18. ibid. 12. ℣. 3. &c. ad. Gal. 3. ℣. 8.

II. PER ISAIAM.

19. וּנְתַתִּיךָ (106) לְאוֹר גּוֹיִם (20) לִהְיוֹת (112)
יְשׁוּעָתִי עַד־קְצֵה הָאָרֶץ: .... וְאֶתֶּנְךָ לִבְרִית עָם
לְהָקִים אֶרֶץ לְהַנְחִיל נְחָלוֹת שֹׁמֵמוֹת

Et dedi Te in Lucem gentium, ut ſis ſalus mea usque ad extremum terræ. (LXX *τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.*) Ut ſis in ſalutem usque ad extremum terræ (i. e. *gentibus etiam in finibus terræ habitantibus*) & dabo Te in fœdus populi ad ſuſcitandum terram, ad hæreditare faciendum hæreditates deſolatas. (*Hæc certo non Iſaiæ, ut Judæi volunt, ſed ſoli Chriſto Meſſiæ conveniunt*) Iſ. 49. a ℣. 6. Act. 13. ℣. 47.

III.

III. PER PSALMISTAM.

20. וְאֶתְּנָה (145) גוֹיִם נַחֲלָתֶךָ וַאֲחֻזָּתְךָ (165. 19.) אַפְסֵי־אָרֶץ׃

Et dabo gentes hæreditatem tuam & poſſeſſionem Tuam fines terræ. Pſ. 2. ℣. 8. (*Et cui? non Iſaiæ ſed illi de quo* ℣. 6) וַאֲנִי נָסַכְתִּי מַלְכִּי עַל־צִיּוֹן הַר־קָדְשִׁי׃ Et ego conſtitui Regem meum ſuper Sion (*Spiritualem ſcil. Eccleſiam de qua Iſ.* 2. Vid. n. 59.) montem Sanctum meum. En, quam præclare ℣. 8. exprimat, quod Iſaias num. præced.

21. *Ideo Meſſias dicitur* Gen. 49. ℣. 10. à LXX. *προσδοκία ἐθνῶν* exſpectatio gentium Hebr. יִקְּהַת עַמִּים obedientia vel aggregatio populorum. Et Agg. 2. ℣. 8. חֶמְדַּת כָּל־הַגּוֹיִם Targ. חֶמְדַּת כָּל־עַמְמַיָּא i. e. Deſiderium omnium Gentium.

CHARACTERES MESSIÆ.
EST DEUS HOMO.

22. נְאֻם יְהוָֹה לַאדֹנִי שֵׁב (78) לִימִינִי עַד־אָשִׁית (86) אֹיְבֶיךָ הֲדֹם לְרַגְלֶיךָ

Dixit Dominus (Pater) Domino meo (Chriſto) ſede ad dextram meam, donec ponam inimicos tuos Scabellum pedibus Tuis vel pedum Tuorum. Pſ. 110. ℣. 1. Chriſtus Matth. 22. ℣. 43. S. Paulus ad Hebr. 1. ℣. 7.

Dominus (Pater) ad dexteram tuam. ℣. 5. אֲדֹנָי עַל־יְמִינְךָ.

Ex

Ex hoc & ℣. 1. S. Basilius summam observat æqualitatem inter Patrem & Filium. Quivis enim est â dextris, nullus â sinistris.

23. כִּסְאֲךָ אֱלֹהִים עוֹלָם וָעֶד שֵׁבֶט מִישֹׁר
שֵׁבֶט מַלְכוּתֶךָ: אָהַבְתָּ צֶּדֶק וַתִּשְׂנָא (95) רֶשַׁע
עַל־כֵּן מְשָׁחֲךָ (155) אֱלֹהִים אֱלֹהֶיךָ שֶׁמֶן שָׂשׂוֹן
מֵחֲבֵרֶיךָ:

Thronus Tuus (o) Deus (ergo est Deus) in sæculum & perpetuum, virga æquitatis virga regni Tui. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem; propterea unxit Te (o) Deus! *(en Deus.)* Deus tuus oleo lætitiæ præ *consortibus tuis. (ergo homo)* Ps. 45. ℣. 7. &c. S. Paul. ad Hebr. 1. ℣ 8.

Quod autem hæc dicta sint de Messia, fatentur R. R. Kimchi, Aben Esra, Salomon, exigit id contextus, exordium Psalmi, & Chald. ℣. 8. וְאַנְתְּ מַלְכָּא מְשִׁיחָא Tu autem ô Rex Messia.

24. כִּי־יֶלֶד יֻלַּד־לָנוּ בֵּן נִתַּן־לָנוּ (67) וַתְּהִי
הַמִּשְׂרָה עַל־שִׁכְמוֹ וַיִּקְרָא שְׁמוֹ פֶּלֶא יוֹעֵץ (118)
אֵל גִּבּוֹר אֲבִי־עַד שַׂר־שָׁלוֹם.

Quia parvulus natus est nobis, *(ergo homo)* filius datus est nobis, & erit principatus super humerum ejus, & *vocabitur* (LXX. καλειται) nomen ejus Admirabilis, Consiliarius, *Deus*, (ergo etiam est Deus) fortis, Pater æternitatis, Princeps pacis. Is. 9. ℣. 6.

Agi

Agi hic de Meſſia, exigit textus, conſentit Rab. Hakkadoſch. & Chald.

וְאִתְקְרֵי שְׁמֵהּ מִן קֳדָם מַפְלִיא עֵצָה אֱלָהָא גִּבָּרָא קַיָּם עָלְמָא מְשִׁיחָא.

Et vocabitur nomen ejus â facie, admirabilis, conſilii DEUS, vir permanens in æternum, MESSIAS.

25. בַּיּוֹם הַהוּא יִהְיֶה (89) צֶמַח יְהֹוָה לִצְבִי וּלְכָבוֹד

In die illa erit *Germen Jehovæ* in decore & gloria. Iſa 4. ℣. 2. Clarius Targum ibid.

בְּעִדָּנָא הַהִיא יְהֵי מְשִׁיחָא דַייָ לְחֶדְוָא וְלִיקָר.

In tempore illo erit Meſſias DOMINI in gaudium & gloriam.

26. בַּיָּמִים הָהֵם וּבָעֵת הַהִיא אַצְמִיחַ לְדָוִד צֶמַח צְדָקָה.

In diebus illis & in tempore illo Germinare faciam ipſi David GERMEN JUSTITIÆ. Jer. 33. ℣. 15. & 23. ℣. 5. Targum iterum.

בְּיוֹמַיָּא הָאִנּוּן וּבְעִדָּנָא הַהִיא אָקִים לְדָוִד מְשִׁיחַ דִּצְדְקָא.

In diebus illis & in tempore illo ſuſcitabo Davidi Meſſiam Juſtitiæ. *Subſ.* ai ex Jer. l. c. ubi Meſſias dicitur *Germen* Davidis bene infertur, quod ſit filius Davidis; ergo & ex Iſ. l. c. inferri debet Meſſiam eſſe verum filium Dei, Conſequenter Deum.

Ideo Jer. 23. ℣. 6. 27. וְזֶה־שְּׁמוֹ אֲשֶׁר יִקְרְאוֹ (lege יִקְרְאוּ) יְהוָה צִדְקֵנוּ.

Et hoc eſt nomen ejus, quo vocabunt *(eum)* *Jehova* juſtitia noſtra. Quid clarius?

Idem Vid. c. 33. ℣. 16. Præclare igitur Eccleſia Verbo Incarnato applicat illud Iſaiæ ſuſpirium c. 45. v. 8.

28. הַרְעִיפוּ שָׁמַיִם מִמַּעַל וּשְׁחָקִים יִזְּלוּ־צֶדֶק (67) תִּפְתַּח (51) אֶרֶץ וְיִפְרוּ־יֶשַׁע וּצְדָקָה תַצְמִיחַ יַחַד.

Rorate ô cœli deſuper (i. e. *rorem Spiritus S.*) & nubes pluant juſtum, (*qui eſt Meſſias*) aperiatur terra (Illa Benedicta *recipiens rorem Spiritus S.*) & germinet Salvatorem (i. e. *Jeſum*) & Juſtitia oriatur ſimul.

Hebr. Stillate cœli deſuper & nubes ſtillent Juſtitiam, aperiat ſe terra & fructificent (i. e. *cœli & terra, Spiritus S. & Intemerata Virgo*) ſalutem & Juſtitiam. Meſſias igitur qua Deus deſcendit de cœlo, qua Homo ex utero Virgineæ Matris.

Et nonnè longe Clarius Chriſtiani de Meſſia, quam Judæi de Cyro, explicant illa ℣. 14 & 15.

29. אַךְ בָּךְ אֵל וְאֵין עוֹד אֶפֶס אֱלֹהִים׃ אָכֵן אַתָּה אֵל מִסְתַּתֵּר (52) אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל מוֹשִׁיעַ.

Tantum in te (ô Meſſia) eſt Deus (i. e. tota Divinitas) & non eſt amplius præter Deum. Vere tu (es) Deus te abſcondens vel abſconditus

tus 249. (ſc. in natura humana) Deus Iſrael ſalvificans (ſive Salvator.)

Quia ergo Meſſias eſt Homo Deus, decens omnino eſt, ut Mater ejus ſit & maneat Intemerata Virgo, quod inſuper ex ſequentibus evincitur:

MATER MESSIÆ VIRGO.

30. לָכֵן יִתֵּן אֲדֹנָי הוּא לָכֶם אוֹת הִנֵּה הָעַלְמָה
(137. 115) הָרָה וְיֹלֶדֶת (30) בֵּן וְקָרָאת (96) שְׁמוֹ
עִמָּנוּאֵל׃

Ideo dabit Dominus ipſe vobis Signum; (Quale?) Ecce VIRGO gravida ſive prægnans & pariens filium; & vocabis (Tu VIRGO) nomen ejus Emmanuel. Iſ. 7. v. 14.

Adverte: I. Partus eſt miraculoſus, II. nullius Viri fit mentio, III. imo â Virgine Matre nominandus, IV. & quidem Emmanuel i. e. Nobiscum Deus V. עלמה ſignificat puellam incognitam (â ſua radice עָלַם abſcondit, latuit) VI. Eandem ſignificationem habet Gen. 24. v. 42. Exod. 2. ℣. 8. Cant. 1. ℣. 3. ibid. 6. 7. Pſ. 68. ℣. 26. Imo S. Hier. in h. l. *Nunquam me arbitror alma in muliere nupta legiſſe.* VII. LXX. Optimi Hebræi: *ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται καὶ τέξεται υἱὸν* &c. Ecce VIRGO in utero accipiet & pariet filium. Ergo Meſſias Emmanuel eſt ſemen Mulieris, Virgineæ Matris ſine

Virili

Virili ſemine. De quo Gen. 3. ℣. 15. ſuperius n. 16.

Ideo partum iſtum cœleſtem obſtupeſcit Salomon, dicens:

30. שְׁלֹשָׁה נִפְלְאוּ מִמֶּנִּי וְאַרְבָּעָה לֹא יְדַעְתִּים
(72) דֶּרֶךְ הַנֶּשֶׁר בַּשָּׁמַיִם דֶּרֶךְ נָחָשׁ עֲלֵי צוּר
דֶּרֶךְ־אֳנִיָּה בְלֶב־יָם (163) וְדֶרֶךְ גֶּבֶר בְּעַלְמָה.

Tria (ſunt) quæ abſcondita ſunt â me, & quatuor (i. e. quartum) non novi ea: Viam aquilæ in cœlis, viam ſerpentis ſuper petram, viam navis in corde maris, & viam VIRI in VIRGINE, (i. e. Viri Meſſiæ in Virginea Matre ſua.) Prov. 30. ℣. 18.

En quam præclare SS. PP. omnes &c. alii quidem in ſenſu allegorico, alii etiam in literali, illud Ezech. 44. de Virginea Meſſiæ Matre ita explicant:

31. הַשַּׁעַר (298) הַזֶּה סָגוּר יִהְיֶה לֹא יִפָּתֵחַ (25
(20) וְאִישׁ לֹא־יָבֹא (86) בוֹ (20) כִּי יְהוָה אֱלֹהֵי־
יִשְׂרָאֵל (39) בָּא בוֹ (20) וְהָיָה סָגוּר: (20) אֶת־
הַנָּשִׂיא (298) נָשִׂיא (200) הוּא יֵשֶׁב־בּוֹ.

Porta hæc clauſa erit, non aperietur & vir non ingredietur per eam, quoniam Jehova Deus Iſrael (i. e. *Pater eam ſibi deſponſando, Spiritus S. obumbrando*, & VERBUM per novem menſes in ea habitando) ingreſſus eſt per eam; eritque clauſa (i. e. *ante, in & poſt partum* Principis *Chriſti*).

Prin-

Princeps ipſe (*Cœleſtis*) ſedebit in ea (*in caſtiſſimo intemeratæ Virginis Utero tanquam ſponſus in thalamo ſuo.* Ezech. 44. 2.

FINIS MESSIÆ SPIRITUALIS.

Decens omnino imo neceſſe eſt, ut iſte Meſſias non propter finem naturalem, E. g. ut ſuos bonis temporalibus beet &c; ſed maxime propter finem ſupernaturalem ſit venturus; ſcil.

32. לְכַלֵּא הַפֶּשַׁע וּלְהָתֵם חַטָּאוֹת וּלְכַפֵּר עָוֹן וּלְהָבִיא (86) צֶדֶק עֹלָמִים וְלַחְתֹּם חָזוֹן וְנָבִיא.

Ad conſumendum prævaricationem, & ad finiendum peccata, & ad expiandum iniquitatem (*per Meſſiæ mortem*) & ad adducendum juſtitiam ſæculorum (*i. e. juſtificationem noſtram*) & ad finiendum viſionem & Prophetam. (*i. e. ad implendas omnes Prophetias*) Dan. 9. ℣. 24.

Et ut conterat caput ſerpentis infernalis juxta illud Gen. 3. ℣. 15. וְהוּא יְשׁוּפְךָ רֹאשׁ Ipſe conteret tibi caput vid. n. 16. P. 3. Cur miſſus ſit Meſſias, clare intelliges, ſi ipſum audieris tibi Iſ. 61. à ℣. 1. ita loquentem:

33. רוּחַ אֲדֹנָי יְהוָֹה עָלָי (20) יַעַן מָשַׁח יְהוָֹה אֹתִי לְבַשֵּׂר עֲנָוִים שְׁלָחַנִי לַחֲבֹשׁ (156) לְנִשְׁבְּרֵי־לֵב לִקְרֹא לִשְׁבוּיִם דְּרוֹר וְלַאֲסוּרִים (155) פְּקַח־קוֹחַ׃ לִקְרֹא שְׁנַת־רָצוֹן (39) לַיהוָֹה.

Spiritus Domini Jehova ſuper me, eo quod unxit Dominus me, (*ſcil. Divinitate & omni cœ-*

leſtis gratiæ, donorumque Spiritus S. plenitudine) ad annuntiandum manſuetis (*i. e. pauperibus gratia, ſalute &c.*) miſit me, ut ligarem contritos corde (*i. e. eorum vulnera animæ*) ad prædicandum captivis libertatem, & vinctis apertionem carceris (*i. e. annum divinæ Placationis & omnimodæ Reconciliationis*) Eſtque argumentum Chriſti Domini Luc. 4. ℣. 18.

Finis igitur Meſſiæ eſt humanum genus é captivitate diabolica liberare, Patri ſuo cæleſti reconciliare, & æternaliter Salvare. Ideo primus ejus adventus erit inglorius, venietque ut Pauper.

ADVENTUS I. MESSIÆ INGLORIUS.

34. גִּילִי (87) מְאֹד בַּת־צִיּוֹן הָרִיעִי (86) בַּת־יְרוּשָׁלַםִ הִנֵּה מַלְכֵּךְ יָבוֹא לָךְ (168) צַדִּיק וְנוֹשָׁע (72) הוּא (20) עָנִי וְרֹכֵב עַל־חֲמוֹר (20) וְעַל־עַיִר בֶּן-אֲתֹנוֹת: (20).

Exulta valde filia Sion! jubila filia Jeruſalem! Ecce Rex tuus veniet tibi, Juſtus & Salvator ipſe, (*& quomodo?*) Pauper, & equitans (more pauperum) ſuper aſinum & ſuper pullum filium aſinarum (i. e. unius ex aſinabus) Zach. 9. ℣. 9.

Adv. I. R. Salomon infenſſimus Chriſtianorum hoſtis in h. l. ita habet: אִי אֶפְשָׁר לְפוֹתְרוֹ אֶלָּא עַל מֶלֶךְ הַמָּשִׁיחַ.

Non

Non eſt poſſibile, ut interpreteris de alio, quam de Rege Meſchiach.

Adv. II. Hic eſt iſte Rex Sion, de quo Pſ. 2. à ꝟ. 6. וַאֲנִי נָסַכְתִּי מַלְכִּי עַל־צִיּוֹן הַר־קָדְשִׁי Et ego conſtitui Regem meum ſuper Sion montem ſanctitatis meæ. (i. e. *Sanctum meum.*)

Adv. III. נוֹשָׁע eſt nomen, ſignificat idem ac Jeſus Salvator *το* נ eſt litera formativa Nominis ſicut נֶאֱמָן fidelis, נַפְתָּלִי Nephtali & LXX. legunt *σώζων* Salvans. Targum וּפָרֵק הוּא עַנְוְתָן Et Salvator ipſe manſuetus.

En quam clarè de Meſſiæ inopia Jeremias, dum ait:

35. מִקְוֵה יִשְׂרָאֵל מוֹשִׁיעוֹ (72) בְּעֵת צָרָה לָמָּה תִהְיֶה כְּגֵר בָּאָרֶץ וּכְאֹרֵחַ נָטָה (88) לָלוּן (143).

EXSPECTATIO ISRAEL (*ita & Meſſias* Gen. 49. ꝟ. 10. à LXX. *nominatur*) Salvator ejus in tempore afflictionis. Quare eris veluti Peregrinus in terra, & tanquam Viator declinavit ad pernoctandum. Jer. 14. ꝟ. 8.

Et ipſe Meſſias per Jeremiam conqueritur.

36. אֲנִי הַגֶּבֶר רָאָה (88) עֳנִי.

Ego Vir, (*Qui* 303) vidit paupertatem. Thren. 3. ꝟ. 1.

Non minus per Davidem: 37. וַאֲנִי (155) עָנִי וְאֶבְיוֹן Et ego pauper & egenus. Pſ. 40. ꝟ. 18.

Imo maxima opprobria, perſecutiones & alios diriſſimos cruciatus ſequentes debebit pati.

PERSECUTIONEM PATIETUR.

38. לָמָּה רָגְשׁוּ (263) גוֹיִם (20) וּלְאֻמִּים יֶהְגּוּ־
רִיק ···· יִתְיַצְּבוּ מַלְכֵי־אֶרֶץ וְרוֹזְנִים נוֹסְדוּ־יָחַד (72)
עַל יְהֹוָה וְעַל־מְשִׁיחוֹ׃ (150)

Quare tumultuatæ ſunt gentes, & populi meditati ſunt inane. Aſtiterunt reges terræ, & principes conſiliati ſunt in unum adverſus Jehovam & adverſus Meſſiam (*i. e. Chriſtum*) Ejus. Pſ. 2. â ꝟ. 1. Eſtque Arg. primorum Chriſtianorum Act. 4. â ꝟ. 25.

Sermonem hic eſſe de Meſſia exigit totus Pſalmus, qui de ſolo Meſſia in ſenſu etiam literali exponi debet, fatenturque id VV. RR. Kimchi, Aben Eſra &c.

VENUMDABITUR.

39. וַיִּשְׁקְלוּ אֶת־שְׂכָרִי (150) שְׁלֹשִׁים כָּסֶף׃
(165) וַיֹּאמֶר (164) יְהֹוָה אֵלַי הַשְׁלִיכֵהוּ אֶל הַיּוֹצֵר
אֶדֶר הַיְקָר אֲשֶׁר יָקַרְתִּי מֵעֲלֵיהֶם וָאֶקְחָה (71)
שְׁלֹשִׁים הַכֶּסֶף וָאַשְׁלִיךְ אֹתוֹ בֵּית יְהֹוָה אֶל־הַיּוֹצֵר׃
(266).

Et appenderunt mercedem meam triginta argenteis. (*conqueritur in perſona Dei Zacharias*) Et dixit Jehova ad me projice eam ad figulum; Magnificum pretium! quo appretiatus ſum ab eis:

eis: Et tuli triginta argenteos & projeci illud in domum Domini ad figulum. Zach. 11. à ℣. 12.

CAPIETUR.

40. Jeremias Thren. 4. ℣. 20. more Prophetico ad Chriſtum tanquam ad ſcopum lamentationum ſuarum avolat & lamentatur:

רוּחַ אַפֵּינוּ מְשִׁיחַ יְהֹוָה נִלְכַּד בִּשְׁחִיתוֹתָם (122)

Spiritus oris noſtri (*i. e. ad quem unice aſpiro &c.*) Chriſtus Dominus (*Hebr. Meſſias Jehova*) captus eſt in vel propter corruptiones eorum. Adv. I. Vulgatæ Interpres legit מָשִׁיחַ יְהֹוָה in ſtatu abſoluto contra modernum Hebræum, quod habet Unctus Domini. Et loco בִּשְׁחִיתוֹתָם legit בְּשְׁחרתוּתֵינוּ, ideo vertit in peccatis noſtris. Eodem modo LXX. *πνεῦμα προσώπȣ ἡμῶν χριστὸς κύριος συνελήφθη ἐν ταῖς διαφθοραῖς ἡμῶν.* i. e. Spiritus faciei noſtræ Chriſtus Dominus captus eſt in corruptionibus noſtris. (i. e. propter peccata noſtra) Ergo Textus iſte olim aliis punctis à LXX. & aliis legebatur.

DEFORMABITUR ERITQUE INGLORIUS.

41. כַּאֲשֶׁר (125) שָׁמְמוּ עָלֶיךָ רַבִּים כֵּן־מִשְׁחַת מֵאִישׁ מַרְאֵהוּ (199) וְתֹאֲרוֹ מִבְּנֵי אָדָם׃

Quemadmodum obſtupuerunt ſuper te (*propter miratula tua, doctrinam &c.*) multi, ſic corruptus (*Vulgata inglorius*) prae viro aſpectus ejus & forma ejus præ filiis hominum. (*i. e. aſpectus,*

forma ejus deformior erit omni forma humana. Isa. 52. ℣. 14.

Moderni legunt non מַשְׁחַת sed מִשְׁחַת i. e. unctio; & tunc sensus est: Sicut obstupuerunt vel sibilarunt super te multi (*videntes te in cruce pendentem*) sic unctio i. e. gratia, venustas speciosior erit forma omnium filiorum hominum scil. in resurrectione &c.

LXX. *ὃν τρόπον ἐκστήσονται ἐπὶ σὲ πολλοί. οὕτως ἀδοξήσει ἀπὸ τῶν ανθρώπων τὸ εἶδός σου καὶ ἡ δόξα σου ἀπὸ υἱῶν ἀνθρώπων.*

Quemadmodum stupebunt super te multi, ita ingloria erit ab hominibus species tua, & gloria tua â filiis hominum.

CONSPUETUR, FLAGELLABITUR, ALIOSVE ACERRIMOS PRO NOBIS PATIETUR DOLORES.

42. לֹא־תֹאַר לוֹ וְלֹא הָדָר (303) וְנִרְאֵהוּ וְלֹא־מַרְאֶה וְנֶחְמְדֵהוּ׃ נִבְזֶה (89) וַחֲדַל אִישִׁים אִישׁ מַכְאֹבוֹת (200) וִידוּעַ חֹלִי וּכְמַסְתֵּר פָּנִים מִמֶּנּוּ נִבְזֶה וְלֹא חֲשַׁבְנֻהוּ׃ (126)

Non est forma ei. neque decor, & vidimus eum & non (*erat*) aspectus, & desideravimus eum. (*scil. Nos Prophetæ & Patriarchæ &c.*) Et (vidimus eum n. 303.) despectum & cessationem virorum (i. e. contemptissimum virorum) Virum dolorum, expertum infirmitatem, & quasi abscondens faciem â se;

à se; erat despectus & non reputavimus. Is. 53. â ẏ. 1.

43. אָכֵן חֳלָיֵנוּ הוּא נָשָׂא (95) וּמַכְאֹבֵינוּ סְבָלָם
וַאֲנַחְנוּ חֲשַׁבְנֻהוּ נָגוּעַ מֻכֵּה (154. 69) אֱלֹהִים
וּמְעֻנֶּה׃ וְהוּא מְחֹלָל מִפְּשָׁעֵנוּ מְדֻכָּא מֵעֲוֺנוֹתֵנוּ מוּסַר
שְׁלוֹמֵנוּ עָלָיו וּבַחֲבֻרָתוֹ נִרְפָּא־לָנוּ׃ (262)

Vere languores nostros Ipse tulit, & dolores nostros Ipse portavit eos. Et nos reputavimus Eum plagatum (*Vulgata quasi leprosum i. e. leprosi adinstar toto corpore flagellis & vulneribus lividum*) percussum Dei (*vel Deum si legis* מֻכֵּה) & humiliatum. Et Ipse vulneratus est propter prævaricationes nostras, attritus propter iniquitates nostras, castigatio pacis nostræ (*i. e. qua nos debuissemus castigari, ut iterum cum Deo reconciliaremur*) super Ipsum & in livore, (*sanguine & vulneribus*) Ejus medicatum est nobis. Ibid. à ẏ. 1.

CRUCIFIGETUR.

44. כָּאֲרוּ (144) יָדַי וְרַגְלָי׃

Foderunt manus meas & pedes meos Ps. 22. 17. LXX. *ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου.*

45. נְאֻם יְהֹוָה .... וְשָׁפַכְתִּי עַל־בֵּית דָּוִיד וְעַל
יוֹשֵׁב יְרוּשָׁלַםִ רוּחַ חֵן וְתַחֲנוּנִים וְהִבִּיטוּ (72) אֵלַי
אֵת אֲשֶׁר דָּקָרוּ (167).

Dictum (*sive Decretum*) Jehovæ Zach. 12. à ẏ. 1. Et effundam super domum David, & super

per habitatorem Jeruſalem Spiritum gratiæ & miſerationum *(ut me pendentem in cruce oculis benignis & commiſerantibus aſpiciant & in lacrymas erumpant)* & aſpicient ad me quem transfixerunt (i. e. *manus pedesque clavis, latus lancea &c.)* ibid. ℣. 10. Jo. 19. ℣. 37.

Has fixuras videns idem Propheta obſtupeſcens quærit. c. 13. ℣. 6.

46. מָה הַמַּכּוֹת (115) הָאֵלֶּה (221) בֵּין יָדֶיךָ וְאָמַר אֲשֶׁר הֻכֵּיתִי (104) בֵּית (303) מְאַהֲבָי׃

Quid plagæ iſtæ in manibus tuis? & dicet, quibus percuſſus ſum (*in vel a*) domo diligentium me; *(ſcil. a Judæis, qui me diligere deberent.* (243.)

FELLE & ACETO POTABITUR.

47. וַיִּתְּנוּ בְּבָרוּתִי רֹאשׁ וְלִצְמָאִי יַשְׁקוּנִי חֹמֶץ׃

Et dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea propinaverunt mihi acetum. Pſ. 69. ℣. 22. Matth. 27. ℣. 34. Vid. Thren. 3. ℣. 15.

OCCIDETUR.

48. כַּשֶּׂה לַטֶּבַח יוּבָל (72) וּכְרָחֵל לִפְנֵי (269) גֹזְזֶיהָ (240) נֶאֱלָמָה וְלֹא יִפְתַּח (51) פִּיו׃

Sicut agnus ad occiſionem ducetur, & ſicut ovis coram tondentibus eam obmutuit, & non aperuit os ſuum. Ibid. ℣. 7. Act. 8. â ℣. 32.

49.

49. וְאַחֲרֵי הַשָּׁבֻעִים שִׁשִּׁים וּשְׁנַיִם (240) יִכָּרֵת מָשִׁיחַ

Post hebdomadas sexaginta & duas excidetur (*utique morte, ideo Interpres Vulgatæ vertit* occidetur) MESSIAS. Dan. 9. ℣. 26. Vid. Gen. 3. ℣. 15. n. 16. P. 3. & Ps. 16. â ℣. 9. n. 51.

SUPER VESTIMENTA EJUS SORS MITTETUR.

50. יְחַלְּקוּ בְגָדַי לָהֶם (240. 300) וְעַל־לְבוּשִׁי יַפִּילוּ (67) גוֹרָל׃

Divident vestimenta mea sibi ipsis (vel inter se) & super vestem meam projicient sortem. Ps. 22. ℣. 19. Jo. 19. ℣. 24.

CORPUS MESSIÆ SEPELIETUR, ANIMA VERO DESCENDET AD INFEROS & ITERUM RESURGET.

51. לָכֵן שָׂמַח לִבִּי (170) וַיָּגֶל כְּבוֹדִי אַף־בְּשָׂרִי יִשְׁכֹּן לָבֶטַח׃ (268) כִּי לֹא־תַעֲזֹב נַפְשִׁי לִשְׁאוֹל לֹא־תִתֵּן חֲסִידְךָ לִרְאוֹת (90) שָׁחַת׃

Ideo lætatum est cor meum (*canit David in Persona Messiæ*) & exultavit gloria, & caro mea (*in sepulchro*) habitabit confidenter, quoniam non relinques animam meam in inferno (*Scil. limbo*) nec permittes SANCTUM tuum (qui antonomastice talis est Messias) videre corruptionem (*sive foveam, quæ est locus corruptionis.*) Psal. 16. â ℣. 9.

N. 1. Fit oppositio inter locum animæ & locum corporis.

N. 2. Hunc locum de ſolo Meſſia poſſe intelligi, bene probat S. Petrus. Act. 2. â ℣. 25. S. Paulus ibid. 13. â ℣. 35.

GLORIOSE ITERUM RESURGET.

52. יְהוָה הֶעֱלִיתָ (91) מִן־שְׁאוֹל נַפְשִׁי חִיִּיתַנִי מִיּוֹרְדֵי־בוֹר׃ (202)

Jehova aſcendere feciſti ab inferno animam meam, vivificaſti me â deſcendentibus in foveam. Pſ. 30. ℣. 4. *En idem ferme verſus, qui num præced.*

CONSCENDET COELOS.

53. עָלִיתָ (91) לַמָּרוֹם שָׁבִיתָ שֶּׁבִי לָקַחְתָּ מַתָּנוֹת (259) בָּאָדָם.

Aſcendiſti in altum, captivaſti captivitatem (i. e. captivos diaboli feciſti captivos tuos) accepiſti dona (& *diſtribuiſti ea*) in hominibus Pſ. 68. ℣. 19. ad Epheſ. 4. ℣. 8. Vide Iſ. 63. â ℣. 1.

54. *Sedebit ad dextram Patris.* Pſ. 110. ℣. 1. Vid. n. 22. P. 3.

55. *Mittet Spiritum S.* Joel. 2. ℣. 28. & 12. ℣. 10. Vid. n. 45. P. 3.

Iſte Meſſias jam advenit: probatur ex appoſitis vaticiniis:

ADVEN-

ADVENTUS MESSIÆ.

I.

56. וַיִּקְרָא (95) יַעֲקֹב אֶל־בָּנָיו וַיֹּאמֶר הֵאָסְפוּ
(148) וְאַגִּידָה (145) לָכֶם אֵת אֲשֶׁר־יִקְרָא אֶתְכֶם
בְּאַחֲרִית הַיָּמִים (20) ··· יְהוּדָה אַתָּה יוֹדוּךָ אַחֶיךָ
יָדְךָ בְּעֹרֶף אֹיְבֶיךָ (20) יִשְׁתַּחֲווּ (111) לְךָ בְּנֵי
אָבִיךָ׃ ···· לֹא יָסוּר (86) שֵׁבֶט מִיהוּדָה וּמְחֹקֵק
מִבֵּין (269) רַגְלָיו עַד כִּי־יָבֹא שִׁילֹה וְלוֹ (221)
יִקְחַת עַמִּים.

Et vocavit Jacob (morti proximus, Spiritu Prophetico afflatus) filios ſuos, & dixit: Congregemini, & annuntiabo vobis, quod eveniet vobis in noviſſimo dierum .... Jehuda tu laudabunt te fratres tui, manus tua in cervice inimicorum tuorum, incurvabunt ſe tibi filii Patris tui .... Non recedet ſceptrum â Jehuda & Legislator de inter pedes ejus Schilo (*i. e. Meſſias*) & ei (*erit*) obedientia (*vel aggregatio*) populorum. Gen. 49. ℣. 1. 8. 10.

II.

57. וְעוֹד אֲנִי מְדַבֵּר בַּתְּפִלָּה וְהָאִישׁ גַּבְרִיאֵל ····
נֹגֵעַ אֵלַי ···· וַיָּבֶן (180) וַיְדַבֵּר (140) עִמִּי וַיֹּאמַר
דָּנִיֵּאל עַתָּה יָצָאתִי לְהַשְׂכִּילְךָ בִינָה׃ ···· וּבִין בַּדָּבָר
וְהָבֵן בַּמַּרְאֶה׃ שָׁבֻעִים (150) שִׁבְעִים נֶחְתַּךְ (262)
עַל־עַמְּךָ וְעַל־עִיר קָדְשֶׁךָ (197) לְכַלֵּא הַפֶּשַׁע וּלְהָתֵם
חטאות

חַטָּאוֹת וּלְכַפֵּר עָוֹן וּלְהָבִיא צֶדֶק עֹלָמִים וְלַחְתֹּם
חָזוֹן וְנָבִיא וְלִמְשֹׁחַ קֹדֶשׁ קָדָשִׁים׃ וְתֵדַע (72)
וְתַשְׂכֵּל מִן מֹצָא (115) דָבָר לְהָשִׁיב (254) וְלִבְנוֹת
יְרוּשָׁלַםִ עַד מָשִׁיחַ נָגִיד שָׁבֻעִים שִׁבְעָה וְשָׁבֻעִים
שִׁשִּׁים וּשְׁנַיִם תָּשׁוּב וְנִבְנְתָה (145) רְחוֹב וְחָרוּץ
וּבְצוֹק הָעִתִּים׃ וְאַחֲרֵי שִׁשִּׁים שְׁנַיִם יִכָּרֵת מָשִׁיחַ.

Et adhuc ego loquens (*loquebar*) in oratione; & Vir Gabriel .... tangens me .... & fecit intelligere me, & locutus eſt mecum & dixit Daniel? nunc egreſſus ſum, ut facerem te intelligere intelligentiam .... & intellige verbum & intellige viſionem: (*& qualem?*) Hebdomadæ ſeptuaginta deciſæ ſunt (*Hebr. deciſum eſt. Imperſ.*) Super populum tuum & ſuper civitatem Sanctitatis tuæ, (i. e. *Sanctam*) ad conſumendum prævaricationem, & ad finiendum peccata, & ad expiandum iniquitatem, & adducendum juſtitiam ſæculorum, & ad Sigillandum viſionem & Prophetam, & ad ungendum Sanctitatem Sanctitatum (i. e. Sanctitiſſimum ſcil. Meſſiam LXX. *καὶ τοῦ χρίσαι ἅγιον ἁγίων* & ad ungendum Sanctum Sanctorum). Et ſcies & intelliges ab exitu Sermonis ad reverti faciendum (i. e. *iterum*) & ad ædificandum Jeruſalem usque ad Meſſiam Ducem (LXX. *ἕως χριστοῦ ἡγουμένου en hic Sermo eſt de Meſſia*) hebdomadæ ſeptem & hebdo-

madæ

madæ ſexaginta & duæ redibit, ædificabitur platea & foſſa & in anguſtia temporum. Et poſt hebdomadas ſexaginta duas (repete ex præced. ℣. *& ſeptem* 303) occidetur MESSIAS. Dan. 9. â ℣. 21.

III.

58. מִי בָכֶם הַנִּשְׁאָר אֲשֶׁר רָאָה אֶת־הַבַּיִת
הַזֶּה בִּכְבוֹדוֹ הָרִאשׁוֹן וּמָה אַתֶּם רֹאִים אֹתוֹ (223)
עַתָּה הֲלוֹא (137) כָמֹהוּ כְּאַיִן (260) בְּעֵינֵיכֶם ....
עוֹד אַחַת (28) מְעַט הִיא וַאֲנִי מַרְעִישׁ אֶת־הַשָּׁמַיִם
וְאֶת־הָאָרֶץ וְאֶת־הַיָּם וְאֶת־הֶחָרָבָה׃ (137) וְהִרְעַשְׁתִּי
אֶת־כָּל־הַגּוֹיִם וּבָאוּ (308) חֶמְדַּת כָּל־הַגּוֹיִם
וּמִלֵּאתִי (96. 261) אֶת־הַבַּיִת כָּבוֹד אָמַר יְהֹוָה
צְבָאוֹת׃ גָּדוֹל יִהְיֶה כְּבוֹד הַבַּיִת הַזֶּה הָאַחֲרוֹן מִן
הָרִאשׁוֹן (199) אָמַר יְהֹוָה צְבָאוֹת׃ וּבַמָּקוֹם הַזֶּה
אֶתֵּן שָׁלוֹם נְאֻם יְהֹוָה צְבָאוֹת׃

Quis ex vobis derelictus, (*alloquitur Deus reduces e captivitate Babylonica, qui cœperant reædificare templum Jeroſolymitanum*) qui vidit domum iſtam in gloria ſua prima, & quam vos videtis eam nunc; ſicut illa, quaſi nihil in oculis veſtris .... (*ſed*) adhuc unum puſillum ipſum, & ego tremefacio (*ſcil. Signis, miraculis &c.*) cœlos, & terram, & mare, & aridam. Et treme faciam omnes gentes, & venient DESIDERIUM

i. e.

(i. e. DESIDERATUS *ſcil. Meſſias*) cunctarum gentium; & implebo domum hanc (*quam videtis*) gloria dicit Dominus exercituum. Magna (i. e. *Major*) erit gloria domus iſtius noviſſimæ, quam primæ, (i. e. *prima*) & in loco iſto dabo pacem (*Meſſias*, שַׂר שָׁלוֹם *Princeps pacis* Jſ. 9. ℣. 6. *docens in hoc templo evangelizabit ſuis pacem, redemptionem, reconciliationem humani Generis cum Deo.*) Dixit Dominus exercituum (i. e. *ita Decretum eſt a Domino exercituum.* Agg. 2. à ℣. 3.

IV.

Et plane concordat cum Aggæo Malachias c. 3. à ℣. 1.

59. הִנְנִי שֹׁלֵחַ מַלְאָכִי וּפִנָּה־דֶרֶךְ לְפָנָי וּפִתְאֹם יָבוֹא אֶל־הֵיכָלוֹ הָאָדוֹן אֲשֶׁר אַתֶּם מְבַקְשִׁים וּמַלְאַךְ הַבְּרִית אֲשֶׁר אַתֶּם חֲפֵצִים הִנֵּה־בָא אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת׃

Ecce ego mitto angelum meum & præparabit viam ante faciem meam; & ſtatim (*non poſt duo aut plura millia annorum*) veniet ad templum ſuum (*ita & LXX.* εἰσ τὸν ναὸν ἀυτȣ̃) Dominator, quem vos quæritis, & Angelus fœderis, (i. e. *Teſtamenti LXX.* ὁ ἄγγελοσ τῆσ διαθήκησ) quem vos vultis. (*en deſideratus Meſſias Agg. l. c.*) Ecce venit

venit (i. e. *certissime veniet* *) dixit (*enim*) Dominus exercituum. Malach. 3. à ℣. 1.

Ex his solitum formatur argumentum: Ablato sceptro, elapsis Danielis Hebdomadibus, diruto 2do templo Jerosolymitano, veniet Messias ai: ergo.



CAPUT III.

DE LEGE.

Demonstranda Judæis Legis Mosaicæ abrogatio, Novæ substitutio, & quidem à Messia, danda omnibus, etiam gentibus; Ejus promulgatio, & Acceptatio, Cessatio Sacrificiii V. L. & Substitutio Novi.

ABROGATIO LEGIS VETERIS & NOVÆ LEGIS SUBSTITUTIO.

PRÆDICTA FUIT à JEREMIA.

60. הִנֵּה יָמִים בָּאִים נְאֻם יְהוָה וְכָרַתִּי אֶת־
בֵּית יִשְׂרָאֵל וְאֶת־בֵּית יְהוּדָה בְּרִית חֲדָשָׁה׃ לֹא
כַבְּרִית אֲשֶׁר כָּרַתִּי (107) אֶת־אֲבוֹתָם בְּיוֹם הֶחֱזִיקִי
בְיָדָם לְהוֹצִיאָם מֵאֶרֶץ מִצְרָיִם׃

Ecce

* Repetitio enim ejusdem vocis sive sit Nomen, sive Verbum, sive Particula, Emphasin ordinarie indicat.

Ecce dies veniunt, Decretum Jehovæ: & feriam cum domo Iſrael & cum domo Jehuda FOEDUS NOVUM (LXX. διαθήκην καινήν Teſtamentum novum) non ſecundum fœdus, quod pepigi cum Patribus eorum in die apprehendere me (i. e. quo apprehendi eorum manum, ut educerem eos de terra Ægypti. Jer. 31. â ℣. 32. Eſt Argumentum S. Pauli ad Hebr. 8. â ℣. 8.

SUBSTITUTIO NOVÆ LEGIS PER MESSIAM.

61. נָבִיא אָקִים לָהֶם מִקֶּרֶב אֲחֵיהֶם כָּמוֹךָ
וְנָתַתִּי דְבָרַי בְּפִיו וְדִבֶּר אֲלֵיהֶם אֵת כָּל־אֲשֶׁר
אֲצַוֶּנּוּ׃ וְהָיָה הָאִישׁ אֲשֶׁר לֹא יִשְׁמַע אֶל־דְּבָרַי
אֲשֶׁר יְדַבֵּר בִּשְׁמִי אָנֹכִי אֶדְרֹשׁ מֵעִמּוֹ׃

Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum eorum (*Qualis eſt Meſſias, Is enim ortus eſt de tribui Juda*) ſicut tu, & dabo Verba mea (*utique legem*) in ore ejus, & loquetur ad eos, omnia, quæ Ei præcepero. Et erit vir, qui non obedierit ad verba mea, quæ loquetur in nomine meo, ego requiram ab eo. (i. e. Ultor exiſtam. Deut. 18. ℣. 18. Jo. 5. â ℣. 43. Hanc ultionem experiuntur Judæi in moderna ſua diſperſione).

Inſti-

Instituetur non tantum pro Judæis, ſed & pro omnibus gentibus.

62. הַטּוּ אָזְנְכֶם וּלְכוּ אֵלַי שִׁמְעוּ וּתְחִי נַפְשְׁכֶם וְאֶכְרְתָה לָכֶם בְּרִית עוֹלָם הֵן עֵד לְאוּמִּים נְתַתִּיו נָגִיד וּמְצַוֵּה לְאֻמִּים׃

Ecce invitantur Judæi, ut legem Meſſiæ acceptent &c. Inclinate aurem veſtram, & venite ad me, audite, & vivet anima veſtra, & feriam vobiscum pactum ſempiternum &c. Ecce teſtem (*divinæ ſcil. voluntatis, charitatis &c.* Vid. Jo. 18. ℣. 37.) populis dedi eum DUCEM, ac PRÆCEPTOREM gentibus. Iſ. 55. â ℣. 3.

LXX. καὶ διαθήσομαι ὑμῖν διαθήκην αἰώνιον & diſponam vobis TESTAMENTUM æternum. Et Daniel:

63. וְהִגְבִּיר בְּרִית לָרַבִּים שָׁבוּעַ אֶחָד מָשִׁיחַ נָגִיד Confirmabit autem (i. e. ℣. 25. MESSIAS DUX) Pactum multis (i. e. *rationibus, argumentis, miraculis &c.* *) Hebdomada una. 10. 27. LXX. iterum καὶ δυναμώσει διαθήκην & confirmabit TESTAMENTUM &c.

64. *Quare* וּלְתוֹרָתוֹ אִיִּים יְיַחֵלוּ׃ Et legem ejus Inſulæ (i. e. *gentes transmarinæ, omnes etiam remotiſſimæ avide) exſpectabunt.* Iſ. 42. ℣. 4.

LEGIS

* Articulus ל etiam Ablativo deſervit.

LEGIS NOVÆ PROMULGATIO & ACCEPTATIO AB ISAIA FUIT PRÆDICTA.

65. וְהָיָה בְּאַחֲרִית הַיָּמִים נָכוֹן יִהְיֶה הַר בֵּית־
יְהוָה בְּרֹאשׁ הֶהָרִים וְנִשָּׂא מִגְּבָעוֹת וְנָהֲרוּ אֵלָיו
כָּל־הַגּוֹיִם׃ וְהָלְכוּ עַמִּים רַבִּים וְאָמְרוּ לְכוּ וְנַעֲלֶה
156) אֶל־הַר־יְהוָה אֶל־בֵּית אֱלֹהֵי יַעֲקֹב וְיֹרֵנוּ (104)
מִדְּרָכָיו וְנֵלְכָה בְּאֹרְחֹתָיו כִּי מִצִּיּוֹן תֵּצֵא תוֹרָה
וּדְבַר־יְהוָה מִירוּשָׁלָיִם׃

Et erit in noviſſimo dierum, præparatus erit mons domus Jehovæ in vertice montium, & elevabitur præ collibus: & confluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi & dicent: venite & aſcendamus ad montem Jehovæ, ad domum Dei Jacob, & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis ejus, quia de Sion exibit lex, & Verbum Jehovæ de Jeruſalem. (*Hoc contigit in Feſto Pentecoſtes, quando Lex Nova per Spiritum S. fuit promulgata in Jeruſalem, ubi eſt mons Sion, ex qua Apoſtoli iverunt in univerſum mundum, Legem novam docentes & prædicantes.*) Iſ. 2. â ℣. 2. N. Per noviſſimum tempus etiam juxta Judæos tempus Meſſiæ intelligitur. Vid. Gen. 49. 1.

Specialiter abrogabuntur V. L. Sacrificia; Teſtatur hoc Daniel:

ABRO-

ABROGATIO SACRIFICIORUM V. L.

66. וַחֲצִי הַשָּׁבוּעַ יַשְׁבִּית זֶבַח וּמִנְחָה׃

Et dimidia hebdomada faciet ceſſare (*ſcil.* מָשִׁיחַ *de quo* ℣. 25. 26. *&c.*) Sacrificium (i. e. *cruentum*) & oblationem (i. e. *Sacrificium incruentum fari-naceum*) 9. ℣. 27.

SUBSTITUTIO NOVI.

67. בַּיּוֹם הַהוּא יִהְיֶה מִזְבֵּחַ לַיהֹוָה בְּתוֹךְ אֶרֶץ מִצְרָיִם׃

In die illa erit altare Domino Jehovæ (ſive Domino) in medio terræ Ægypti) non in tem-plo Jeroſolymitano, ergo aliud Sacrificium ſuper illud Deo immolabitur) Iſ. 19. ℣. 19. Utrumque iterum Deus per Malachiam ſatis clarè revela-vit, dicens: c. 1. â ℣. 10.

68. אֵין־לִי חֵפֶץ בָּכֶם אָמַר יְהֹוָה צְבָאוֹת וּמִנְחָה לֹא־אֶרְצֶה מִיֶּדְכֶם׃ כִּי מִמִּזְרַח שֶׁמֶשׁ וְעַד־מְבוֹאוֹ גָּדוֹל שְׁמִי בַּגּוֹיִם וּבְכָל־מָקוֹם מֻקְטָר מֻגָּשׁ לִשְׁמִי וּמִנְחָה טְהוֹרָה כִּי־גָדוֹל שְׁמִי בַּגּוֹיִם אָמַר יְהֹוָה צְבָאוֹת׃

Non eſt mihi voluntas in vobis dixit Domi-nus exercituum, & munus non volam de manu

vestra (*en abrogatio*). Nam ab ortu solis & usque ad ejus occasum magnum nomen meum inter gentes, & in omni loco (*non tantum Jerusalem*) Sacrificatur (*Hebr. fumigatur, sed idem est, quia omne Sacrificium crematum fuit &c.*) & offertur nomini meo oblatio munda (*en institutio novi Sacrificii*) quoniam magnum nomen meum (*erit*) in gentibus, dixit Dominus exercituum.

Pro coronide sit contra modernos Judæos (si tamen Judæi apellandi sint) argumentum, ut dicitur ad hominem.

Lex, facta servatu impossibilis, certo est abrogata; ai talis est Lex Mosaica; ergo.

Pr. Triplex erat Lex Judæis per Moysen tradita: Moralis, Ceremonialis, & Judicialis. Jam sic: Moralis sicut ante Moysen jam â creatione mundi ad unum omnes obligavit, ita adhuc omnes obligat. Ceremonialis autem, pars Legis Mosaicæ principalior, præcipiendo versabatur circa Templum (vel ante hoc circa Tabernaculum) Sacerdotes, Sacrificia, vel circa ea, quæ cum Sacrificiis, Sacerdotio, Templo necessariam & essentialem habuere connexionem. Imo omnes Leges ceremoniales existentiam Templi & terræ Sanctæ possessionem ut necessariam supponebant, sicut Judiciales Judicem. ai jam currit annus

mille-

millefimus feptingentefimus, quo Judæi exules per univerfum orbem funt fine Sacrificio, fine Sacerdote, fine Templo, fine Rege, ergo fine Lege; & cum Templo collapfa eft omnis Lex Mofaica, collapfaque tota eorum Religio. Igitur non Judæi, fed Judæorum Simiæ merito appellandi.

GRAMMATICA CHALDÆA,

AD REGULAS LINGUÆ HEBRÆÆ HARMONICE REDDITA.

I. Linqua Chaldaica dialectus linguæ Hebrææ eam ob caufam non immerito dici poteft; quod cum illa vix non in plerisque conveniat, vocesque fuas ferme omnes ex Hebræo derivatas habeat, exceptis tamen iis, quarum proprietatem fibi ipfa fuo veluti jure vendicat, & quas â peregrinis linguis in proprium ufum derivavit. Voces autem Chaldaicæ ex Hebræo derivatæ differunt ab Hebræis vel *Flexione*, quam Regulæ docent, vel *Formatione*, dum 1º vel litera detrahitur, ut quando ex Hebræo אֶחָד unus fit חָד, 2º vel additur, ut ex דָּם Sanguis

guis fit אֲדַם, 3º vel transponitur, ut ex לְאָה laboravit, fit הֲלָא, 4º aut literæ inter ſe permutantur, uti ſæpe literæ אֶהֱוִי.

E. g. א in י ita ex Hebræo שְׁאוֹל fit שְׁיוֹל ſepulchrum. Pro Fœminino ה in Chaldæo eſt א. Imo alias, ubi in Hebræo eſſet ה E. g. in Hiphil & Hithpael &c. in ſimilibus Chaldæum accipit א, uti in Conjug. Aphel & Ittaphal. (licet etiam non raro Hebræum ה loco א admittat).

Si autem aliud א præcedat, ה in fine accedens manet; ut נְבוּאָה Prophetia. Pariter alternant inter ſe א & ע, ut pro Hebræo זֶרַע fit זְרָא Semen.

2. Præter ea & aliæ literæ permutantur, ut Schema exhibet:

				Hebr.		Chald.
ב	in	פ	in	בַּרְזֶל	in	פַּרְזֶל ferrum
ד		ט		דִּבָּה		טִיבָה vel טָבָה Rumor
ז		ד		זָהָב		דְּהַב Aurum
				מִזְבֵּחַ		מַדְבַּח Altare*
כ		ק		כָּפַל		קְפַל Conduplicavit
ל		ר		אַלְמָנָה		אַרְמְלָא Vidua

Reges

* Obſerva pro Chirik ſub מְ Heemanti ferme (ַ) ſubſtituitur, ut pro מִגְדָּל turris fit מַגְדָּל, pro מִקְדָּשׁ Sanctuarium fit מַקְדָּשׁ &c. pro מִדְבָּר deſertum fit מַדְבָּר.

				Hebr.		Chald.
ם		ן		מְלָכִים		מַלְכִין Reges
ס		ש		כָּנַס		כְּנַשׁ Collegit
		ט		יָעַץ		יְעַט Conſuluit
צ	in	ע		אֶרֶץ		אֲרַע terra
		ס	in	שָׁמַר	fit	סְמַר Cuſtodivit
שׁ	in	ט		קָשַׁר		קְטַר ligavit
		ת		שָׁלשׁ		תְּלָת Tres *vel* tria
שׂ		ס		עֲשָׂרָה		עַסְרָא Decem
ת		ט		תָּעָה		טְעָה Erravit

3. Aliquando ad iſtarum literarum mutationem adhuc accedit literarum transpoſitio.

				Hebr.	Chald.		
ר		ע		שַׁעַר	תְּעַר		תְּרַע
ק		צ		קֵץ	קְעָ		עֵק
כ	post	ר	in	בִּרְכַּיִם	בִּרְכִין	transponitur & fit	רְכֻבִין
ת		כ		נָשַׁךְ	נְתַךְ		נְכַת
ל		ק		חֵלֶק	חֲלֵק		חֲקֵל

4. Chaldæi (item & Syri) addendo interdum unam alteramque literam Verba plurium literarum formant. Ut â בְּחַר elegit fit שַׁבְחַר a חֲלַב mutavit שַׁחֲלֵף â יְדַע ſcivit אִשְׁתְּמוֹדַע.

5. Fit & literarum eliſio vel apocopatio ut בֵּי domus pro בֵּית.

Tres partes Orationis ſunt Chaldæis, ſicut Hebræis, Nomen, Verbum & Particula. Quare etiam per diſtincta capita Harmonice ad Regulas Grammaticæ Hebrææ agetur, ſitque.



CAPUT I.

DE MODO LEGENDI.

Quantum ad Modum legendi: Conſonæ, Puncta, Accentus, Chaldæis ſunt eadem, quæ Hebræis. Addenda tamen pauca:

6. Ad num. 2. Chaldæis pro Servili שׁ eſt ד; Talmudicis etiam ק.

7. Ad n. 6. & 13. Scheva poſt Vocales longas plerumque quieſcit, ut in בְּאוּשְׁתָּא peſſima; innuit hoc ſequens Dageſch lene; ideo etiam Vocalis longa cum duabus Conſonis facit Syllabam.

8. Ad. n. 10. Dageſch f. compenſativum nonnunquam reſolvitur in literas ſuas, quas compenſat, ut pro תְּנַדַּע fit תְּנַדַּע, pro עַמָּיָא fit עַמְמַיָּא. Sic Geminum ו & י in Paraphraſi Bibliorum Chaldaica loco Dageſch f. uſurpatur; licet etiam pro ſimplici ו vel י mobili adhibeatur, ut נְבִיָּיא pro נְבִיָּא Propheta, סוּסְוָון pro סוּסְוָן equi.

9. N.

9. N. in Targum pro אֱלֹהִים, אֱלָהָא legitur אֱלֹקִים אֱלֹקָא, אֱלֹקָא. Item compendiose legitur יְיָ vel antiquitus יְיָ pro divino Nomine. יְהֹוָה.

CAPUT II.

DE NOMINE.

Consideranda sunt circa Nomen eadem, quæ Hebræis: Scilicet Genus, Motio, Declinatio, Numerus, Casus, Status.

10. Quoad hæc Chaldæi in plerisque conveniunt cum Hebræis, addendum tamen ad n. 27. Fœminea sunt terminata in ָה, ָא, (si non sit Emphaticum, de quo n. 26.) vel Emphat. תָא, וֹת, וּת, ִית etiamsi ת, ut sæpe fit, sit abjectum ut מַלְכוּת vel מַלְכוּ regnum, נְוָלִית vel נְוָלִי sterquilinium.

11. Ad. n. 30. Motio in Adjectivis fit addendo ָא, ut â טָב bonus, fit טָבָא bona. צְדִי vastus, צַדְיָא vasta; terminata in ִי, ָי, mutant י in ָאָ, & addunt Fœmininum ה, ut חִלּוֹנִי extraneus, חִלּוֹנָאָה extranea, נוּכְרַי alienus נוּכְרָאָה aliena.

12. In ſubſtantivis additur תָא ut מְלֵךְ Rex, מַלְכְּתָא Regina, גְּבַר Vir, גְּבַרְתָּא Mulier.

13. *Declinatio* de hac vid. Gram. Hebr. â n. 31. Ad n. 33. Pluralis primæ Declinationis exit in יִן, ut לִישָׁן lingua Plur. לִישָׁנִין linguæ.

14. Ad n. 34. Pluralis ſecundæ Declinationis exit in ָן (mutando ָא, in ָן,) ut חָכְמָא Sapientia Plur. חָכְמָן Sapientiæ.

15. וֹ, וּ, & י in Apocopatis fiunt mobilia præcedente Scheva, ut רִבּוֹ â רִבּוֹת in Plur. fit רִבְוָן myriades, זַרְעִי â זַרְעִית fit זַרְעָיָן familiæ.

16. Ad. n. 36. Dualis, qui Chaldæis valde rarus eſt, exit in ַיִן ut יַד manus Dual: יְדַיִן ambæ manus. Vel exprimitur addita voce תְּרֵין duo ut תְּרֵין אַלְפִּין duo millia.

17. Ad. n. 37. Caſus ſunt ſex ordinarii, ſi tamen ſint Caſus, cum potius Articuli ſive particulæ Caſum indicent, ita ut דִּי Separatim ante Nomen poſitum vel דְּ aut שֶׁל indicent Genitivum, לְ Dativum, יַת Accuſativum, מִן Separatim poſitum vel מִ Ablativum, & א emphaticum, (de quo n. 19.) Vocativum.

18. Ad n. 38. & 39. Status Nominis quadruplex; *Abſolutus*, *ſuffixus*, *conſtructus*, & *emphaticus*. De abſoluta â n. 13. actum fuit. De Suffixo ſive affixo alibi agetur.

19. *Sta-*

19. *Status conſtructus* primæ Declinationis ſive Maſculinorum Singularis Numeri, à ſtatu abſoluto non differt, niſi quod (ָ) ultimæ Syllabæ mutetur in (ַ), ut â כְּתָב in ſtatu conſtructo E. g. כִּכְתַב סְפַר מֹשֶׁה ſecundum ſcripturam libri Moſis Esd. 6. ℣. 19. Invariatum etiam (ָ) legitur.

20. Si Nomen regens Genitivum in ſtatu emphatico vel affixo ſit poſitum, ſequenti Nomini Articulus Genitivi דִי vel דְ præponitur, ut לִישָׁנָא דְחַבְרֵיהּ lingua ſocii ſui.

21. Terminatio Pluralis Numeri in ין ִ more Hebræorum mutatur in י ֵ, ut â סִפְרִין libri fit סִפְרֵי libri.

22. *Status conſtructus* ſecundæ Declinationis ſive Fœmininorum Singularis Numeri more Hebræorum א ָ mutat in ת ַ, ut עֲבִידָא opus, in caſu conſtructo עֲבִידַת בֵּית אֱלָהָ Esd. 4. ℣. 24.

23. Apocopata in ו, וּ, י ִ Reaſſumunt nativum ſuum ת, ut מַלְכוּ regnum fit מַלְכוּת עָלָם regnum ſæculi.

24. Terminatio Pluralis ן ָ tranſit in ת ָ ut בְּתוּלָן virgines, conſtruct. בְּתוּלָת.

25. Status emphaticus, qui Chaldæis frequens eſt, eundem uſum habet, quem ה demonſtrativum apud Hebræos, plerumque articulum exprimit, qui apud Germanos eſt der, die, das.

26.

26. *Status emphaticus* itaque primæ Declinationis five Maſculinorum Singularis Numeri fit, ſi addatur abſoluto Syllaba אָ, ut לִישָׁן lingua, emph. לִישָּׁנָא, עָלַם ſæculum, emph. עָלְמָא.

27. Terminata in ־ַי vel ־ַאי emphatice transeunt in ־ָאָה, vel ־ָאָא ut זַכַּי juſtus, emphatice זַכָּאָה, עִלַּי vel עִלַּאי excelſus emphat. fit עִלָּאָה. In Daniele, abjecto ה, τῷ א præponitur י, ut עִלָּיָא pro עִלָּאָה.

28. Terminata in ־ִי, ־ֵי, vel ־ֵא emphatice transeunt in ־ְיָא, ut כָּרְסֵי emph. כָּרְסְיָא.

29. לֵיל nox emph. לֵילְָא & לֵילְיָא, סוּס equus emphat. סוּסְיָא, & פְּתָא, פְּתָיָא latitudo Singularia ſunt.

30. Status emphaticus Pluralis Numeri fit, ſi Singulari abſoluto addatur ־ַיָּא, ut לִישָׁן lingua, in Plur. emphatico habet לִישָּׁנַיָּא.

31. Terminata in ־ַי vel ־ַאי emphatice habent ־ָאֵי, irregulariter quidem, ſed tamen euphonice, ut עִלַּי habet עִלָּאֵי in Daniele & Esdra עִלָּאֵי. ita ex יְהוּדַי Judæus, emphatice יְהוּדָאֵי pro יְהוּדָאַיָּא, in Esdra legitur יְהוּדָיֵא, in Targum vero יְהוּדָאֵי. Ita Dan. 3. ℣. 2. תִּפְתָּיֵא Tiphtæi. Item Dan. 7. ℣. 24. מִן קַדְמָיֵא â prioribus, at Targum Exod. 34. ℣. 1. לוּחַיָּא קַדְמָאֵי tabulæ priores.

32. Status emphaticus (ſicut & Conſtructus) Dualis, eſt idem cum Plurali.

33. Status emphaticus ſecundæ Declinationis ſive Fœmininorum Singularis Numeri fit mutando אָ vel הָ in תָא præcedente Scheva, ut חָכְמָא Sapientia emphatice חָכְמְתָא. Apocopata in וֹ, וּ, יִ, admittunt תָא, ut מַלְכוּ emphat. מַלְכוּתָא, ſi autem non ſint apocopata Terminata in וֹת, וּת, ית, Admittunt tantum אָ ut מַלְכוּת emph. מַלְכוּתָא.

34. Terminata in אָה, orta â maſculinis in יְ, pro א reaſſumunt י, apud Danielem exeunt in יְתָא, ut קַדְמָאָה primum (â קַדְמַי primus.) Dan. 7. ℣. 4. קַדְמָיְתָא in Targum in יְתָא & יְתָא ut קַדְמֵיתָא & קַדְמֵיתָא ſic & תִּנְיָתָא ſecunda & תִּנְיָתָא ſecunda quas â תִּנְיַי item אוֹרַיְתָא ab אוֹרָאָה vel אוֹרָיָא.

35. Status emphaticus ſecundæ Declinationis ſive Fœmininorum Pluralis Numeri mutat terminationem abſoluti Pluralis ָן in ָתָא, ut בְּתוּלָן virgines emphat. בְּתוּלָתָא.

36. Leguntur & Nomina compoſita ex ſtatu emphatico & conſtructo, ut בְּתוּלָתָן v. בְּתוּלְתָן &c.

37. Sæpe emphaticum non differt ab abſoluto ut טָב bonus, emphat. טָבָא non differt ab abſo-

luto

luto טָבָא bona. Sed differentia nonnisi ex substrata materia, textu &c. discernenda est.

Sic & Substantivorum Fœmininorum, quæ sexus causa in תָא terminata sunt, status absolutus & emphaticus idem est. Ut מַלְכְּתָא regina גִּבְרְתָא mulier. Vid. n. 12.

38. Ad n. 40. SCHEMA I. DECLINATIONIS.

Ablat.	Voc.	Acc.	Dat.	Gen.	Nom. Sing.
מִמֶּלֶךְ	מַלְכָּא	יַת מֶלֶךְ	לְמֶלֶךְ	דְּמֶלֶךְ vel דִּי	מֶלֶךְ Rex

Plur. emphat.	Plur. constr.	Plur. absolut.
מַלְכַיָּא	מַלְכֵי	מַלְכִין

Dual. (si haberet.) מַלְכַיִן

Plur.			Sing.		
Emphat.	Constr.	Absol.	Emphat.	Absol.	39.
סִפְרַיָּא	סִפְרֵי	סִפְרִין	סִפְרָא	סְפַר	Liber.
גֻּבְרַיָּא	גֻּבְרֵי	גֻּבְרִין	גֻּבְרָא	גְּבַר	Vir.
עָלְמַיָּא	עָלְמֵי	עָלְמִין	עָלְמָא	עָלַם	sæculum.

SCHEMA II. DECLINATIONIS.

Plur.			Sing.		
Emphat.	Constr.	Absol.	Emphat.	Constr.	Absol. 40.
חָכְמָתָא	חָכְמַת	חָכְמָן	חָכְמְתָא	חָכְמַת	חָכְמָא Sapientia
גְּבוּרָתָא	גְּבוּרַת	גְּבוּרָן	גְּבוּרְתָא	גְּבוּרַת	גְּבוּרָא Potentia
בְּרִיָּתָא	בְּרִיַּת	בְּרִיָּן	בְּרִיְתָא	בְּרִית	בְּרִיָא Creatura

His adde Articulos n. 38.

41.

41. Ad n. 41. Tantum Pluralem habent בְּנִין, מַיִן, חַיִין, tantum Dualem מֹאזְנַיִן.

42. Ad n. 42. Maſculina terminata in Plurali more Fœmininorum ſunt: אַב vel אַבָּא Pater Pl. אֲבָהָן conſtr. אֲבָהָת פֶּחָא dux. Pl. פַּחֲוָן &c. שֵׁם nomen Pl. שְׁמָהָן. Eodem modo terminantur pleraque deſinentia emphatice in יָא ex abſolutis in י, ־ֵי, ־ֵא ut אַסְוָן ex אַסְיָא ab אָסֵי medicus. Sic & אַרְיָוָן & כָּרְסָוָן.

Fœminina & Communia in Plurali more Maſculinorum terminata ſunt: אַמָּא cubitus. דְּתָאָה אִלְפָּא אַמִּין רוּחַ נוּקְבָא מְלָא תְּכָא שַׁבָּא.

43. Quædam utroque modo in Plurali exeunt, ut אִגְּרָא vel אִגֶּרֶת epiſtola in Plur. אִגְּרִין & אִגְּרָן חֵיל exercitus in Plur. חֵילִין & חֵילָוָן, סוּס equus in Plur. סוּסִין & סוּסְוָן &c.



Cap. III.

CAPUT III.

DE VERBO IN COMMUNI.

Circa verba in communi pariter conſideranda ſunt: Radix, Conjugationes, Significatio, Character, Augmenta, Modi, Tempora, Genus, Perſonæ, Numerus.

44. Ad n. 43. *Radix* eſt tertia Præteriti Peal Sive Kal.

45. Ad n. 44. *Conjugationes* ſunt ſex.

Tres Activæ.			Tres Paſſivæ.	
I	Peal	פְּקַד	Ithpeal	אִתְפְּקַד
II	Pael	פַּקֵּד	Ithpaal	אִתְפַּקַּד
III	Aphel	אַפְקֵד	Ithaphal	אִתַּפְקַד

46. Loco quartæ Conjugationis reciprocæ interdum adhibetur forma paſſiva, ut אִתְחַבַּרְתְּ aſſociaſti te.

47. Ad. n. 45. Convenit cum Hebræis.

48. Ad n. 46. *Character Conjugationum*, primæ ſcil. Peal eſt carere omni Charactere, Activæ Pael & ejusdem Paſſivæ Ithpaal eſt Dageſch f. in media radicali, &

Ithpeal eſt אִת
Aphel — אַ
Ittaphal — אִתַּ

49.

49. In Daniel & Esdra tertia Conjugatio Paſſiva eſt Hophal אָפְקַר, & pro Chaldæo א ſæpe habetur Hebræum ה. Idem fit etiam in aliis duabus Conjugationibus paſſivis.

50. Ad n. 47. *Augmenta Conſequentia* Temporum ſunt ſequentia:

PRÆTERITORUM.

Singular.		Plural.	
3. Fœ.	ת	3. m.	ו
2. com.	תְּ	3. f.	א
1. com.	ת	2. m.	תּוּן
		2. f.	תֵּן
		1. c.	נָא

FUTURORUM.		IMPERATIVORUM.	
Singular.		Singular.	
2. f.	ין	2. f.	י
Plural.		Plural.	
2. & 3. m.	וּן	2. m.	ו
2. & 3. f.	ן	2. f.	נָא

Hæc & cætera in ſubjecta tabula iterum clarius conſpiciuntur.



Plur. 1. Com.	2. f	2. m.	3. f.	3. m.
פְּקַדְנָא	פְּקַדְתֵּן	פְּקַדְתּוּן	פְּקַדָא	פְּקַדוּ
אִתְפְּקַדְנָא	אִתְפְּקַדְתֵּן	אִתְפְּקַדְתּוּן	אִתְפְּקִדָא	אִתְפְּקִדוּ
פַּקֵּדְנָא	פַּקֵּדְתֵּן	פַּקֵּדְתּוּן	פַּקִּדָא	פַּקִּדוּ
אִתְפַּקַּדְנָא	אִתְפַּקַּדְתֵּן	אִתְפַּקַּדְתּוּן	אִתְפַּקַּדָא	אִתְפַּקַּדוּ
אַפְקֵדְנָא	אַפְקֵדְתֵּן	אַפְקֵדְתּוּן	אַפְקִדָא	אַפְקִדוּ
אִתַּפְקַדְנָא	אִתַּפְקַדְתֵּן	אִתַּפְקַדְתּוּן	אִתַּפְקַדָא	אִתַּפְקַדוּ

3. f.	3. m.	2. f.	2. m.	1. c.
יִפְקְדָן	יִפְקְדוּן	תִּפְקְדָן	תִּפְקְדוּן	נִפְקֹד
יִתְפַּקְדָן	יִתְפַּקְדוּן	תִּתְפַּקְדָן	תִּתְפַּקְדוּן	נִתְפְּקֵד
יְפַקְּדָן	יְפַקְּדוּן	תְּפַקְּדָן	תְּפַקְּדוּן	נְפַקֵּד
יִתְפַּקְּדָן	יִתְפַּקְּדוּן	תִּתְפַּקְּדָן	תִּתְפַּקְּדוּן	נִתְפַּקַּד
יַפְקְדָן	יַפְקְדוּן	תַּפְקְדָן	תַּפְקְדוּן	נַפְקֵד
יִתַּפְקְדָן	יִתַּפְקְדוּן	תִּתַּפְקְדָן	תִּתַּפְקְדוּן	נִתַּפְקַד

PARTICIPIUM. Præterit.	PARTICIPIUM Benoni.	INFINITIVUS.
פְּקִיד	פָּקֵד	מִפְקַד
	מִתְפְּקֵד	אִתְפְּקָדָא
מְפַקַּד	מְפַקֵּד	פַּקָּדָא
	מִתְפַּקַּד	אִתְפַּקָּדָא
מַפְקַד	מַפְקֵד	אַפְקָדָא
	מִתַּפְקַד	אִתַּפְקָדָא

PRÆTERITUM.

5 I. Sing. 1 C.	2. f.	2. m.	3. f.	3. m.	
פִּקְדֵת	פְּקַדְתְּ	פְּקַדְתְּ	פִּקְדַת	פְּקַד	Peal.
אִתְפִּקְדֵת	אִתְפְּקֵדְתְּ	אִתְפְּקַדְתְּ	אִתְפִּקְדַת	אִתְפְּקֵד	Ithpe.
פַּקְּדֵת	פַּקֵּדְתְּ	פַּקֵּדְתְּ	פַּקְּדַת	פַּקֵּד	Pael.
אִתְפַּקְּדֵת	אִתְפַּקַּדְתְּ	אִתְפַּקַּדְתְּ	אִתְפַּקְּדַת	אִתְפַּקַּד	Ithpa.
אַפְקְדֵת	אַפְקֵדְתְּ	אַפְקֵדְתְּ	אַפְקְדַת	אַפְקֵד	Aph.
אִתַּפְקְדֵת	אִתַּפְקַדְתְּ	אִתַּפְקַדְתְּ	אִתַּפְקְדַת	אִתַּפְקַד	Ittap.

FUTURUM.

3. f.	3. m.	2. f.	2. m.	1. c.	
תִּפְקֻד	יִפְקֻד	תִּפְקְדִין	תִּפְקֻד	אֶפְקֻד	Peal.
תִּתְפְּקֵד	יִתְפְּקֵד	תִּתְפַּקְדִין	תִּתְפְּקֵד	אֶתְפְּקֵד	Ithpe.
תְּפַקֵּד	יְפַקֵּד	תְּפַקְּדִין	תְּפַקֵּד	אֲפַקֵּד	Pael.
תִּתְפַּקַּד	יִתְפַּקַּד	תִּתְפַּקְּדִין	תִּתְפַּקַּד	אֶתְפַּקַּד	Ithpa.
תַּפְקֵד	יַפְקֵד	תַּפְקְדִין	תַּפְקֵד	אַפְקֵד	Aph.
תִּתַּפְקַד	יִתַּפְקַד	תִּתַּפְקְדִין	תִּתַּפְקַד	אִתַּפְקַד	Ittap.

IMPERATIVUS.

Pluralis. 2. f.	Pluralis. 2. m.	Singularis. 2. f.	Singularis. 2. m.	
פְּקֻדָנָא	פְּקֻדוּ	פְּקֻדִי	פְּקֻד	Peal.
אִתְפַּקְדָנָא	אִתְפְּקַדוּ	אִתְפְּקַדִי	אִתְפְּקֵד	Ithpeal.
פַּקֵּדְנָא	פַּקִּדוּ	פַּקִּדִי	פַּקֵּד	Pael.
אִתְפַּקַּדְנָא	אִתְפַּקַּדוּ	אִתְפַּקַּדִי	אִתְפַּקַּד	Ithpaal.
אַפְקִדְנָא	אַפְקִדוּ	אַפְקִדִי	אַפְקֵד	Aphel.
אִתַּפְקַדְנָא	אִתַּפְקַדוּ	אִתַּפְקַדִי	אִתַּפְקַד	Ittaphal.

52. Ad n. 50. Pariter in Chaldæo ſunt quædam Verba, quæ in 3. m. Præt. Kal exeunt in (ֵ), ut בְּאֵשׁ displicuit, פְּרֵס diviſit; item in וֹ, ִי, ֵי, ut דְּמוֹךְ dormivit, יְתִיב ſedit, נְסִיב accepit.

53. Reliquæ perſonæ irregularia illa puncta retinent ut שְׁאֵלִית petii.

54. In Futuro & Imperativo pro וֹ, ִ, eſt ֵ, ִי, ֵי, & ַ, ubi hæc puncta in Præterito fuerunt; ut יְתִב habitavit, אֶתַּב & אֵיתִיב habitabo. Pro אַ ſæpe eſt אֵי vel אִי pro(ִ) וֹ & וּ אֶפְקוּד pro אֶפְקַד.

55. Infinitivus ſemper (niſi in Verbi reduplicatione, unam ex literis בְּכָלָם ſibi præfixam habet, interdum מ & ל conjunguntur ut מִלְכְתּוֹב a ſcribendo.

56. Apud Danielem & Esdram in Participio præſenti pro (ָ) eſt (ַ) in אֶזְדָּא, חַשְׁחִין פְּרְסִין & חָשְׁחָן it. in לְשָׂנְאָיךְ Dan. 4; quod etiam Targumiſtæ imitantur.

57. Participium Peil pro (ִי) interdum habet (ֵ) ut תְּקֵל appenſus. Ex hoc Participio in Daniele & Esdra formatur Præteritum Paſſivum ut

Sing.	פְּקִיד	פְּקִידַת	פְּקִידְתָּ	פְּקִידְתְּ	פְּקִידֵת.
Plur.	פְּקִידוּ	פְּקִידָא	פְּקַדְתּוּן	פְּקִידְתֵּן	פְּקִידְנָא.

58. In-

58. Interdum in Chaldæo etiam forma Hebræa invenitur, ut קְטַלוּ קְטוֹל interfecerunt interficiendo עֲבַד fecit &c. Nec non varia punctorum inter se permutatio. Quæ, sicut aliæ Singulares & Speciales formæ, usu est addiscenda.

59. Adde quod in Targ. omnibus Infinitivis addatur י præcedente ‥ vel ו ut קְטוֹלֵי occidere.

60. Ad n. 51. Convenit cum Hebræis, ut אֶדְחַל timebo, imo & alias hæc terminatio Chaldæis valde frequens est. Pro (.) Targum habet ו vel וּ ut pro אֶפְקֹד habet אֶפְקוֹד.

61. Circumscribitur etiam Futurum per Infinitivum, cui præponitur Particula עֲתִיד futurus, ut יוֹמָא דַאֲתִיד לְמֵיתֵי Dies, qui veniet.

62. Ad n. 52. Convenit cum Hebræo, ita, ut in Charactere Passivorum אִת vel הִת fit ista transpositio.

63. Ad n. 53. Convenit modo dicto in num. præc. cum Hebræo.

64. Adde litera ת in Charactere אִת ante literas תטד, imo & ante alias literas interdum excidit & abjecta per Dagesch sæpe compensatur, vel etiam Dagesch in י resolvitur.

65. Ad n. 54. Adde Passiva secunda sæpe pure activam Significationem habent.

66. Ad n. 55. 56. &c. Convenit cum Hebræo.

Caput IV.

DE VERBIS IMPERFECTIS SIVE ANOMALIS.

Ad n. 63. Convenit cum Hebræo. Verba enim Anomala Chaldæis etiam ſunt triplicis Claſſis.

DE VERBO QUIESCENTE PE ALEPH.

67. Ad n. 64. τὸ א in Futuro mutatur in י Quieſcens per (..), ut אֵיכֻל תֵּיכֻל.

68. Quandoque etiam manet quieſcens in (..).

69. In Infinitivo quieſcit in (..) מֵאֱכַל; legitur etiam מֵיכַל.

70. In Aphel & Ittaphal tranſit in וֹ, ut Præt. Ittaphal אִתּוֹכַל.

71. In Hophal (quæ Conjugatio in Solis Daniel & Esdra locum habet) in וּ, ut הוּבַד perditum fuit, a. r. אֲבַד periit.

72. Item & in aliis Conjugationibus interdum abjicitur, & compenſatur per Dageſch f.; ut in Ithpaal אִתַּחַת comprehenſus eſt, pro אִתְאַחַד. In Pael rejicit ſuam Vocalem in præcedentem Conſonam; atque in ea quieſcit. Ut מַלִּיף pro מְאַלֵּף docens.

DE

DE VERBO QUIESCENTE PE NUN.

Considerandum est נ Schevandum, & terminatio Futuri Imperativi & Infinitivi Kal sive Peal.

73. Ad n. 67. Pariter omne נ Schevandum abjicitur & medianum compensatur per Dagesch f. in media radicali, ut נְפַק egressus est, in Fut. Peal pro אֶנְפֵּק habet אֶפֵּק. Interdum compensatio fit etiam per Vocalem longam, vel plane omittitur. Imo & נ Schevandum manet, & ante Gutturalem plerumque.

74. Ad n. 68. Excipitur ab hac regula præter Præteritum Kal, utrumque ejus Participium, & totum Ithpeal.

